NISI DOMINUS
INSIGNIA CIVITATIS EDENBURG

TRA

ABS. 1.79.289

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND

James Lithgow
Desember 9
1761

EUTROPII HISTORIAE ROMANAE BREVIARIUM,

AB

Urbe condita usque ad Valentinianum et Valentem Augustos: Ex recensione et cum NOTULIS TAN. FABRI.

UT ET

SEXTI AURELII VICTORIS

DE

VIRIS ILLUSTRIBUS LIBER.

IN USUM SCHOLARUM.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT E. et J. ROBERTSON.

Prostant venales apud nosmet ipsos, et apud GID. CRAWFURD, GUL. GRAY, et JAC. BROWN, bibliopolas.

MDCCLIX.

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND
B
12 NOV
1979

DE
EUTROPIO
TESTIMONIA.

ELIAS VINETUS.

EUTROPIUS res Romanas ab Urbe condita ad ſuam uſque aetatem breviſſime explicuit, quo ſic Valentem, qui omnium literarum ignarus ad imperium perveniſſet, ad ſuperiorum ducum principumque Romanorum res geſtas percurrendas alliceret.

GER. JO. VOSSIUS.

STylum ſi ſpectes [*Eutropii*] parum eſt concinnus; ſed hoc aetati, qua vixit, tribuamus. Res vero ipſas compendio ſatis commodo conſtrinxit. Sane quanti a Graecis fieri ſoleat, vel argumento illud erit, quod Capito hiſtoricus Lycius [*ut et Paeanius*] epitomes Eutropii metaphraſin ſcripſerint.

CAROLUS SIGONIUS.

FLavius Eutropius ſub Valentiniano majore vixit: minus quidem elegans; ſed cum ex Livio et Salluſtio res, nobis nunc ignotis, decerpſerit, et omnem hiſtoriam Romanam breviter ab U. C. uſque ad Juliani Principis mortem libris decem perſequatur, magni a nobis fieri debet.

BALTHASAR BONIFACIUS.

MIlitavit Eutropius sub Juliano parabata ac desertore, librumque suum dedicavit Valenti. Nec satis liquet, cujus ille fuerit religionis; quippe qui in colliminio tenebrarum ac lucis constitutus, nec Paganorum ritus probaret, nec Christo tamen dedisset nomen. Sophistam Italum vocat Suidas, eodemque nomine censetur in originibusConstantinopolitanis. Stylum ejus improbat Vossius, ut parum concinnum; fatetur tamen, res ipsas compendio satis commodo ab Eutropio constrictas. Doctissimum fuisse Eutropium,et multa eloquentia scripsisse putat, Jacobus Philippus, Antiquum historiographum appellatHincmarus Rhemensis. At Sconhovius non eum inter antiquos recenset; sed licet scripsit posterius, neque tamen, inquit, minor eloquentia, et judicio etiam superioribus fuit eminentior. Sane quanti eum Graeci fecerint, vel argumento illud erit, quod Capito, et Paeanius, Eutropiani compendii metaphrasin Graece scripserint. Duae sunt autem omnino res, quae famam et gloriam scriptoribus conciliare soleant, si in alienas transferantur linguas, sique interpretationibus illustrentur.

DOMINO

VALENTI,

GOTHICO,

MAXIMO, PERPETUO, AUGUSTO.

RES Romanas, ex voluntate Manſuetudinis tuae, ab Urbe condita ad noſtram memoriam, quae in negotiis vel bellicis vel civilibus eminebant, per ordinem temporum brevi narratione collegi, ſtrictim additis etiam iis, quae

Manſuetudinis; *mox*, Tranquillitatis tuae] *Ut ea tempeſtate vera illa Romani ſanguinis nobilitas pene exarverat, ita et ſermonem Latinum inceſſerat turpis illa Barbaries et vere Gothica, quae poſtea invaluit magis, ut cum ad principes ſcriberent, eos*, Serenitatis, Tranquillitatis, Manſuetudinis, Clementiae, Numinis *denique et* Aeternitatis, *&c. titulo cohoneſtarent. Ex codem fonte manarunt, quae hodieque vigent, et cum honore perſonarum (nam piaculum ſit niſi ita loquaris)* Excellentia veſtra, Celſitudo, Eminentia, Reverentia veſtra; *et ne quid ineptiarum abſit*, Dominatio veſtra, *quo nihil apud finitimos noſtros frequentius, ſi vel agaſonem aliquem aut ſulfuratorum propolam alloquantur; et tamen*, O ſeclum inſipiens! *Nino, Cyro, Alexandro et Carolo Magno hujus nominis ferculum ſatis eſſet.*

in Principum vita egregia exſtiterunt; ut Tranquillitatis tuae poſſit mens divina laetari, prius ſe illuſtrium virorum facta in adminiſtrando imperio ſequutam, quam cognoſceret lectione.

EUTROPII HISTORIAE ROMANAE BREVIARIUM.

LIBER I.

ROMANUM imperium, quo neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, a ROMULO exordium habet; qui Vestalis virginis filius, et (quantum putatus est) Martis, cum Remo fratre, uno partu editus est. Is cum inter pastores latrocinaretur, octodecim annos natus, urbem exiguam in Palatino monte constituit, XI Kal. Maii, Olympiadis sextae anno tertio: post Troiae excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, trecentesimo nonagesimo quarto.

Urbem exiguam] *Intellige Romam quadratam.*

Olympiadis sextae anno tertio] *Id est, paulo plusve minus ante Christum natum DCCLII. alii hoc referunt ad annum I. Olympiadis* vii.

Post Troiae excidium—trecentesimo nonagesimo quarto] *Error est. Nam numerus aliquot decadibus amplior esse debet. Sed prisca illa tempora subtiliter et exacte constitui non semper possunt; quod et Eutropius olfecisse videtur, qui dicat* [ut qui plurimum minimumque tradunt] *sunt enim qui plures, sunt etiam qui pauciores, &c.*

Condita civitate, quam ex nomine suo Romam vocavit, haec fere egit. Multitudinem finitimorum in civitatem recepit: centum ex senioribus elegit; quorum consilio omnia ageret; quos Senatores nominavit, propter senectutem. Tunc cum uxores ipse et populus non haberent, invitavit ad
A. U. spectaculum ludorum vicinas urbis Romae
3. nationes, atque earum virgines rapuit. Com-
4. motis bellis propter raptarum injuriam, Cae-
7. ninenses vicit, Antemnates, Crustuminos,
29. Sabinos, Fidenates, Vejentes (haec omnia oppida urbem cingunt): et cum orta subi-
37. to tempestate non comparuisset, anno regni trigesimo septimo, ad deos transîsse creditus, consecratus est. Deinde Romae per quinos dies Senatores imperaverunt; et his regnantibus annus unus completus est.

Postea Numa Pompilius rex creatus est:
38. qui bellum nullum quidem gessit, sed non minus civitati quam Romulus profuit. Nam et leges Romanis moresque constituit; qui consuetudine praeliorum jam latrones ac semibarbari putabantur. Annum descripsit in X menses, prius sine aliqua computatione confusum: et infinita Romae sacra ac templa constituit. Morbo decessit quadragesimo tertio imperii anno.

Huic successit Tullus Hostilius. Hic bella
81. reparavit, Albanos vicit, qui ab urbe Roma

Leges [*Romulus tamen civibus suis leges posuerat; sed illae fere omnes eo tantum spectabant, ut Romani pleno sinu manubias domum reportarent; modo bellatores, praeliatoresque strenui forent, bene erat: sed, si verum agnoscere volumus, proprium id unius Numae decus est. Virgil. de illo.*

Primus qui legibus Urbem
Fundabat, Curibus parvis, et paupere terra
Missus in imperium magnum.

XII milliario ſunt: Vejentes et Fidenates, quorum alii ſexto milliario abſunt ab urbe Romana, alii octavo decimo, bello ſuperavit. Urbem ampliavit, adjecto Coelio monte. Cum triginta duobus annis regnâſſet, fulmine ictus, cum domo ſua arſit.

Poſt hunc Ancus Marcius, Numae ex filia nepos, ſuſcepit imperium. Contra Latinos dimicavit: Aventinum montem civitati adjecit, et Janiculum: Oſtiam civitatem ſupra mare ſexto decimo milliario ab urbe Roma condidit. Vigeſimo quarto anno imperii morbo periit. 113. 126.

Deinde regnum Priſcus Tarquinius accepit. Hic numerum Senatorum duplicavit; Circum Romae aedificavit; ludos Romanos inſtituit, qui ad noſtram memoriam permanent. Vicit idem etiam Sabinos; et non parum agrorum, ſublatum iiſdem, urbis Romae territorio adjunxit; primuſque triumphans Urbem intravit: muros fecit, et cloacas: Capitolium inchoavit. Trigeſimo octavo Imperii anno per Anci filios occiſus eſt, regis ejus cui ipſe ſucceſſerat. 137. 175.

Poſt hunc Servius Tullius ſuſcepit imperium genitus ex nobili foemina, captiva tamen, et famula. Hic quoque Sabinos ſubegit: montes tres, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinum, Urbi adjunxit; foſſas circum murum duxit. Primus omnium cenſum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eo Roma, omnibus in cenſum delatis, habuit capitum LXXXIV. millia. 187.

Cloacas] *Opus vere regium, in quo naves grandiores ultro citroque libero curſu commeare poterant. Bene illas deſcripſit Vigenereus ad Livium.*

Capitolium inchoavit] *Notandum. Error enim mox occurret, ubi de Superbo legitur:* Templum in Capitolio aedificavit; *corrige,* exaedificavit, *id eſt,* plane abſolvit.

civium Romanorum, cum his qui in agris erant. Occisus est XLV imperii anno, scelere generi sui
219. Tarquinii Superbi, filii ejus regis cui ipse successerat; et filiae suae, quam Tarquinius habebat uxorem.

Lucius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum, Volscos (quae gens ad Campaniam euntibus non longe ab Urbe est) vicit; Gabios civi-
226. tatem, et Suessam Pometiam subegit; cum Tuscis pacem fecit; et templum Jovi in Capitolio aedificavit. Postea Ardeam oppugnans, in octavo decimo milliario ab Urbe positam civitatem, imperium perdidit. Nam cum filius ejus, et ipse Tarquinius junior, nobilissimam foeminam Lucretiam, eandemque pudicissimam, Collatini uxorem, stuprâsset, eaque de injuria marito, et patri, et amicis questa fuisset, in omnium conspectu se occidit. Propter quam causam Brutus, parens, et ipse Collatinus populum concitavit, et Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque eum, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit: venienque ad Urbem rex portis clausis exclusus est. Cumque imperâsset annos viginti quinque, cum uxore et liberis suis fugit. Ita Romae regnatum est per septem reges annis ducentis quadraginta tribus, cum adhuc Roma, ubi plurimum, vix usque ad quintum decimum milliarium possideret.

Hinc Consules coepere pro uno rege duo
244. hac causa creari: ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coërceret. Et placuit, ne imperium longius quam annum unum haberent, ne per diuturnitatem pote-

Brutus parens et ipse Collatinus] *Sic scribe, addita virgula,* Brutus, parens, et ipse Collatinus; *atque ita tres erunt; qui autem* parens *dicitur, ille est* Spurius Lucretius Tricipitinus,

ſtatis inſolentiores redderentur, ſed civiles ſemper eſſent, qui ſe poſt annum ſcirent futuros eſſe privatos. Fuerunt igitur anno primo, expulſis regibus, Conſules Lucius Junius Brutus, qui maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur, et Tarquinius Collatinus, maritis Lucretiae. Sed Tarquinio Collatino ſtatim ſublata dignitas eſt: placuerat enim, ne quiſquam in Urbe maneret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo, accepto omni patrimonio ſuo, ex urbe migravit: et loco ipſius factus eſt Valerius Publicola Conſul. Commovit tamen bellum Urbi Romae rex Tarquinius, qui fuerat expulſus: et collectis multis gentibus, ut in regnum poſſet reſtitui, dimicavit.

In prima pugna Brutus Conſul, et Aruns Tarquinii filius, invicem ſe occiderunt. Romani tamen ex ea pugna victores receſſerunt. Brutum Romanae matronae, defenſorem pudicitiae ſuae, quaſi communem patrem, per annum luxerunt. Valerius Publicola Spurium Lucretium Tricipitinum collegam ſibi fecit, Lucretiae patrem: quo morbo mortuo, iterum Horatium Pulvillum collegam ſibi ſumpſit. Ita primus annus quinque Conſules habuit: cum Tarquinius Collatinus Urbe ceſſiſſet propter nomen, Brutus praelio periiſſet, Sp. Lucretius morbo mortuus eſſet.

Secundo quoque anno iterum Tarquinius, ut reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, auxilium ei ferente Porſenna Tuſciae rege: et Romam

Civiles ſemper eſſent] *Civilis, et civilitas, non eſt id quod Gallice ſonat. Princeps* civilis *eſt, qui non tyrannus, non ferox, non impotens eſt: contra,* incivilis *ille dicitur, qui cives et populos ſuos pro belluis habet, &c. quales olim Caligula, Nero, Domitianus, et alia id genus ſeculi ſui dehoneſtamenta, peſtes, Alaſtores:* civilis *autem princeps eſt, in quo Veſpaſianum, Titum, et M. Aurelium Antoninum agnoſcas, rara ſeges.*

pene cepit. Verum tum quoque victus est. Tertio anno post reges exactos, Tarquinius, cum suscipi non posset in regnum, neque ei Porsenna, qui pacem cum Romanis fecerat, auxilium praestaret, Tusculum se contulit, quae civitas non longe ab Urbe est: atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore consenuit. Quarto anno post reges exactos, cum Sabini Romanis bellum intulissent, victi sunt; et de his est triumphatum. Quinto anno, Lucius Valerius ille Bruti collega, et quartum Consul, fataliter mortuus est; adeo pauper, ut, collatis a populo nummis, sumptum habuerit sepulturae; quem matronae, sicut Brutum, annum luxerunt.

253. Nono anno post reges exactos, cum gener Tarquinii, ad injuriam soceri vindicandam, ingentem colligisset exercitum, nova Romae dignitas est creata, quae Dictatura appellatur, major quam consularis. Eodem anno etiam Magister Equitum factus est, qui Dictatori obsequeretur. Neque quidquam similius potest dici, quam dictatura antiqua, huic imperii potestati, quam nunc Tranquillitas vestra habet; maxime cum Augustus quo-
257. que Octavianus, de quo postea dicemus, et ante eum Caius Caesar, sub Dictaturae nomine atque honore regnaverint. Dictator autem Romae primus fuit Lartius: Magister Equitum primus Spurius Cassius.

259. Sexto decimo anno post reges exactos, seditionem populus Romae fecit, tanquam

Collatis a populo nummis sumptum habuerit sepulturae] *Hoc exemplum admonet ut alios montcam, quoties tale aliquid in veteribus historiis legitur, (exempla autem pene infinita sunt) id non inopiae, sed honoris causa factum fuisse arbitror, ut scilicet viri magni de publico tumularentur, quasi patriae parentes. Id vulgo dicitur* publice sepeliri, *id est, ex aerario.*

a Senatu atque Consulibus premeretur. Tum et ipse sibi Tribunos plebis, quasi proprios judices et defensores creavit; per quos contra Senatum et Consules tutus esse posset.

Sequenti anno Volsci contra Romanos bellum reparaverunt: et victi acie, etiam Coriolos civitatem, quam habebant optimam, perdiderunt.

Octavo decimo anno postquam reges ejecti erant, expulsus ex Urbe Quintus Marcius dux Romanorum, qui Coriolos ceperat, Volscorum civitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus, et auxilia contra Romanos accepit, Romanosque saepe vicit: usque ad quintum milliarium Urbis accessit, oppugnaturus etiam patriam, legatis, qui pacem petebant, repudiatis; nisi ad eum mater Veturia et uxor Volumnia ex Urbe venissent: quarum fletu et deprecatione superatus, removit exercitum. Atque hic secundus post Tarquinium fuit, qui dux contra patriam suam esset.

Caesone Fabio et Tito Virginio Consulibus, trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant, contra Vejentes bellum soli susceperunt, promittentes Senatui et populo per se omne certamen implendum. Itaque profecti omnes nobiles, et qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent, in praelio conciderunt. Unus omnino supersuit ex tanta familia, qui propter aetatem puerilem duci non potuerat ad pugnam. Post haec census in Urbe habitus est, et inventa sunt civium capitum CXIX millia. 274.

Sequenti anno, cum in Algido monte, ab Urbe duodecimo ferme milliario, Romanus obsideretur ex-

Ex Fabia familia] *Qui ita loquuntur, errant. Dicendum enim fuit,* ex gente, *non* ex familia. *Ita tamen e veteribus multi, fateor: sed illi melius poterant.*

Unus omnino] *Hoc etiamsi ab aliis omnibus saepius positum fuerit, falsum est tamen.*

ercitus, Lucius Quintius Cincinnatus Dictator est factus: qui agrum quatuor jugerum possidens, manibus suis colebat. Is cum in opere et arans esset inventus, sudore deterso, togam praetextam accepit, et, caesis hostibus, liberavit exercitum.

301.

Anno CCC et altero ab Urbe condita, imperium consulare cessavit, et pro duobus Consulibus decem facti sunt, qui summam potestatem haberent, Decemviri nominati. Sed cum primo anno bene egissent, secundo unus ex iis Appius Claudius, Virginii cujusdam, qui honestis jam stipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem corrumpere voluit: quam pater occidit, ne stuprum a Decemviro sustineret; et regressus ad milites, movit tumultum. Sublata est Decemviris potestas, ipsique damnati sunt.

315.

Anno trecentesimo decimo quinto ab Urbe condita, Fidenates contra Romanos rebellaverunt. Auxilium praestabant his Vejentes, et rex Vejentium Tolumnius: quae ambae civitates tam vicinae Urbi sunt, ut Fidenae VI, Vejentes XVIII milliario absint. Conjunxerunt se his et Volsci; sed Mamerco Aemilio Dictatore, et L. Quintio Cincinnato Magistro Equitum victi, etiam regem perdiderunt: Fidenae captae et excisae. Post XX inde annos, Vejentani rebellaverunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui primum eos vicit acie; mox etiam civitatem diu obsidens cepit, antiquissimam Italiaeque ditissimam. Post eam cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem: sed commota est ei invidia, quasi praedam male divisisset; damnatusque ob eam causam, et expulsus civitate est.

Honestis jam stipendiis] *Lege* tum, *non* jam.

Faliscos] *Quicquid dicant quidam e veteribus*, Falisci, *non urbem significat, sed populum. Urbs dicebatur* Falci, *seu* Faleri, *unde* Falerisci, *unde* Falisci.

Statim Galli Senones ad Urbem venerunt, et victos Romanos XI milliario ab Urbe Roma, apud flumen Alliam secuti, etiam Urbem occupaverunt; neque defendi quidquam, nisi Capitolium, potuit: quod cum diu obsedissent, et jam Romani fame laborarent, a Camillo, qui in vicina civitate exsulabat, Gallis superventum est, gravissimeque victi sunt. Postea tamen, accepto etiam auro, ne Capitolium obsiderent, recesserunt: sed secutus eos Camillus, ita cecidit, ut et aurum, quod his datum fuerat, et omnia, quae ceperant, militaria signa, revocaret. Ita tertium triumphans Urbem ingressus est, et appellatus secundus Romulus, quasi et ipse patriae conditor.

LIBER II.

ANNO CCCLXV ab urbe condita, post captam autem primo, dignitates mutatae sunt, et pro duobus Consulibus facti Tribuni Militares consulari potestate. Hinc jam coepit Romana res crescere. Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quae per LXX annos bellum gesserat, vicit; et Aequorum urbem, et Sutrinorum: atque omnes, deletis eorum exercitibus, occupavit, et tres simul triumphos egit.

Titus etiam Quintius Cincinnatus Praenestinos, qui usque ad urbis Romae portas bello venerant, persecutus, ad flumen Alliam vicit; et civitates, quae sub ipsis agebant, Romanis adjunxit; ipsum Praeneste aggressus, in deditionem accepit: quae omnia ab eo gesta sunt viginti diebus, triumphusque ipsi decretus.

Verum dignitas Tribunorum Militarium non diu perseveravit. Nam post aliquantum nullos placuit fieri: et quadriennium ita in Urbe fluxit, ut potestates ibi majores non essent. Resumpserunt ta-

men Tribuni Militares consulari potestate iterum dignitatem, et triennio perseveraverunt. Rursus Consules facti.

Lucio Genucio, et Quinto Servilio Consulibus, mortuus est Camillus: honor ei secundus post Romulum delatus est.

Titus Quintius Dictator adversus Gallos, qui in Italiam venerant, missus est. Hi ab Urbe quarto milliario trans Anienem fluvium consederant. Nobilissimus de Senatoribus Titus Manlius, provocantem Gallum, ad singulare certamen progressus occidit: et sublato torque aureo, colloque suo imposito, in perpetuum Torquati sibi et posteris cognomen accepit. Galli fugati sunt: mox per Caium Sulpicinm Dictatorem etiam victi. Non multo post a Caio Marcio Tusci victi sunt; VIII millia captivorum ex his in triumphum ducti.
417.

Census iterum habitus est; et cum Latini, qui a Romanis subacti erant, milites praestare nollent, ex Romanis tantum tirones lecti sunt, factaeque legiones decem: qui modus sexaginta, vel amplius, armatorum millia efficiebat. Parvis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari virtus erat. Quae cum profectae essent adversus Gallos, duce Lucio Furio, quidam ex Gallis unum e Romanis, qui esset optimus, provocavit. Tum se Marcus Valerius Tribunus Militum obtulit: et, cum processisset armatus, corvus ei supra dextrum brachium sedit; mox commissa adversus Gallum pugna, idem corvus alis et unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset adspicere: ita ut a Tribuno Valerio interfectus, non solum victoriam ei, sed etiam nomen dederit: nam postea idem Cor-

Factaeque legiones decem, &c.] *Fallitur. Nondum enim ea tempestate legio Romana sex hominum millibus constabat.*

vinus est dictus, ac propter hoc meritum, annorum trium et viginti, Consul est factus.

Latini, qui noluerant milites dare, hoc quoque a Romanis exigere coeperunt, ut unus Consul, ex eorum, alter, ex Romanorum populo crearetur. Quod cum esset negatum, bellum contra eos susceptum est, et ingenti pugna superati sunt: ac de his perdomitis triumphatum est. Statuae Consulibus, ob meritum victoriae, in Rostris positae sunt.

Jam Romani potentes esse coeperunt; bellum enim in centesimo et tricesimo fere milliario ab Urbe apud Samnites gerebatur, qui medii sunt inter Picenum, Campaniam et Apuliam. L. Papirius Cursor cum honore Dictatoris ad id bellum profectus est: qui, cum Romam redîsset, Q. Fabio Maximo magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, praecepit, ne se absente pugnaret. Ille, occasione reperta, felicissime dimicavit, et Samnites delevit: ob quam rem a Dictatore capitis damnatus, quod se vetante pugnâsset, ingenti favore militum et populi liberatus 434.
est: tanta Papirio seditione commota, ut pene ipse interficeretur.

Postea Samnites Romanos, Tito Viturio et Spurio Posthumio consulibus, ingenti dedecore vicerunt, et sub jugum miserunt. Pax tamen a Senatu et populo soluta est, quae cum ipsis propter necessitatem facta fuerat. Postea Samnites victi sunt a L. Papirio consule: septem millia eorum sub jugum missa. Papirius de Samnitibus triumphavit. Eo tempore Appius Claudius Censor aquam Claudiam induxit, et viam Appiam stravit. Samnites, reparato bello, Q. Fabium Maximum vicerunt, tribus millibus hominum occisis. Postea cum pater ei Fabius Maximus legatus fuisset, et Samnites vicit, et plurima eorum oppida cepit. Deinde P. Cornelius Rufinus, Manius Curius Dentatus, ambo consules, contra Samnites missi, ingentibus praeliis eos

confecere. Tum bellum cum Samnitibus per annos XLIX actum sustulerant; neque ullus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit.

Interjectis aliquot annis, iterum se Gallorum copiae, contra Romanos, Tuscis Samnitibusque junxerunt: sed cum Romam tenderent, a Cn. Cornelio Dolabella Consule deletae sunt.

Eodem tempore Tarentinis, qui jam in ultima Italia sunt, bellum indictum est; quia legatis Romanorum injuriam fecissent. Hi Pyrrhum Epiri regem contra Romanos in auxilium poposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat; is mox
472. ad Italiam venit, tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicaverunt. Missus est contra eum Consul P. Valerius Levinus; qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per castra duci, ostendi omnem exercitum, tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrrho, quaecunque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cum jam Pyrrhus fugeret, elephantorum auxilio vicit: quos incognitos Romani expaverunt; sed nox praelio finem dedit. Levinus tamen per noctem fugit, Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit, eosque summo honore tractavit; occisos sepelivit. Quos cum adverso vulnere et truci vultu, etiam mortuos jacere vidisset, tulisse ad coelum manus dicitur, cum hac voce: Se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent.

Postea Pyrrhus, junctis sibi Samnitibus, Lucanis, Brutiisque, Romam perrexit; omnia ferro ignique vastavit. Campaniam depopulatus est; atque ad Praeneste venit, milliario ab Urbe octavo decimo. Mox terrore exercitus, qui cum Consule sequebatur, in Campaniam se recepit. Legati ad Pyrrhum de redimendis captivis missi, ab eo honorifice suscepti sunt: captivos sine pretio Romam misit. Unum ex legatis Romanorum Fabricium sic admi-

ratus est, ut, cum eum pauperem esse cognovisset, quarta parte regni promissa, sollicitare voluerit, ut ad se transiret; contemptusque a Fabricio est. Quare cum Pyrrhus ingenti Romanorum admiratione teneretur, legatum misit, qui pacem aequis conditionibus peteret, praecipuum virum Cineam nomine; ita ut Pyrrhus partem Italiae, quam jam armis occupaverat, obtineret.

Pax displicuit; remandatumque Pyrrho a Senatu est, eum cum Romanis, nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Tum Romani jusserunt captivos omnes, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, qui se armis defendere potuissent; nec ante eos ad veterem statum reverti, quam sibi notorum hostium occisorum spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reversus est: a quo cum quaereret Pyrrhus, qualem Romam comperisset; Cineas dixit, regum se patriam vidisse: scilicet tales illic fere omnes, qualis unus Pyrrhus apud Epirum et reliquam Graeciam putaretur. Missi sunt contra Pyrrhum duces P. Sulpitius et Decius Mus Consules. Certamine commisso, Pyrrhus vulneratus est, elephanti interfecti, XX millia caesa hostium, et ex Romanis tantum quinque millia. Pyrrhus fugatus.

Interjecto anno, contra Pyrrhum Fabricius est missus; qui prius inter legatos sollicitari non potuerat, quarta parte regni promissa. Tum cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittens veneno Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici quae contra caput ejus medicus spopondisset. Tunc rex admiratus eum, dixisse fertur: Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate quam Sol a cursu suo averti potest. Tum rex ad Siciliam profectus est. Fabricius, victis Samnitibus et Lucanis, triumphavit. Consules deinde Manius Cu-

rius Dentatus, et Cornelius Lentulus adversum Pyrrhum missi sunt. Curius contra eum pugnavit, exercitum ejus cecidit: ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die caesa sunt hostium XXIII millia. Curius Dentatus in consulatu triumphavit. Primus Romam elephantos
477. quatuor duxit. Pyrrhus etiam a Tarento mox recessit, et apud Argos, Greaciae civitatem, occisus est.

Caio Fabio Luscino, C. Claudio Canina Consulibus, anno Urbis conditae CCCCLXI, legati Alexandrini, a Ptolemeo missi, Romam venere: et a Romanis amicitiam, quem petierant, obtinuerunt.

Quinto Ogulnio, C. Fabio Pictore consulibus, Picentes bellum commovere; et ab insequentibus Consulibus Publ. Sempronio, Appio Claudio victi sunt: et de his triumphatum est. Conditae a Romanis civitates, Ariminum in Gallia, et Beneventum in Samnio

Marco Attilio Regulo, Lucio Junio Libone Consulibus, Salentinis in Apulia bellum indictum est: captique sunt cum civitate simul Brundusini, et de his triumphatum est.

Anno CCCCLXXVII, cum jam clarum urbis Romae nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. Ut igitur cognosceretur, quae copiae Romanorum essent, census est habitus: inventa sunt civium capita CCXCII millia CCCXXXIII, quanquam a condita Urbe nunquam bella cessâssent. Et contra Afros bellum susceptum est primum, Appio Claudio, Quinto Fulvio consulibus. In Sicilia contra eos pugnatum est; et Appius Claudius de Afris et rege Siciliae Hierone triumphavit.

Insequenti anno, Valerio Marco et Otacilio Consulibus, in Sicilia a Romanis res magnae gestae sunt. Taurominitani, Catanenses, et prae-

terea quinquaginta civitates in fidem acceptae sunt. Tertio anno in Sicilia contra Hieronem regem Siculorum bellum paratum est. Is cum omni nobilitate Syracusanorum pacem a Romanis impetravit, deditque argenti talenta ducenta. Afri in Sicilia victi sunt, et de his secundo Romae triumphatum est.

Quinto anno belli Punici, quod contra Afros gerebatur, primum Romani, Caio Duillio et Cneio Cornelio Asino Consulibus, in mari dimicaverunt, paratis navibus rostratis, quas Liburnas vocant. Consul Cornelius fraude deceptus est. Duillius, commisso praelio, Carthaginiensium 492.
ducem vicit, XXXI naves cepit, quatuordecim mersit, octo millia hostium cepit, tria millia occidit: neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quod invicti terra, jam etiam mari plurimum possent. Caio Aquilio Floro, Lucio Scipione Consulibus, Scipio Corsicam et Sardiniam vastavit, multa millia inde captivorum abduxit, triumphum egit.

L. Manlio Volsone, M. Attilio Regulo Consulibus, bellum in Africam translatum est: contra Hamilcarem, Carthaginiensium ducem, in mari pugnatum, victusque est; nam, perditis LXIV navibus, retro se recepit: Romani XXII amiserunt: sed cum in Africam transissent, primam Clypeam Africae civitatem in deditionem acceperunt. Consules usque ad Carthaginem processerunt: multisque vastatis oppidis, Manlius victor Romam rediit, et XXVII millia captivorum reduxit. Attilius Regulus in Africa remansit. Is contra Afros aciem instruxit: 496.
contra tres Carthaginiensium duces dimicans, victor fuit: XVIII millia hostium cecidit, quinque millia cum XVIII elephantis cepit: septuaginta quatuor civitates in fidem accepit. Tum victi Carthaginienses pacem a Romanis petierunt: quam cum Regulus nollet nisi durissimis conditioni-

bus dare, Afri auxilium a Lacedaemoniis petierunt: et duce Xantippo, qui a Lacedaemoniis missus fuerat, Romanorum dux Regulus victus est ultima pernicie: nam duo millia hominum tantum ex omni Romano exercitu remanserunt, quindecim millia cum Imperatore Regulo capta sunt, XXX millia occisa, Regulus ipse in catenas conjectus.

Marco Aemilio Paulo, Servio Fulvio Nobiliore Consulibus, ambo Consules Romani ad Africam profecti sunt, cum trecentarum navium classe Clypeam petunt, et contra Carthaginienses venerunt; primum Afros navali certamine superant. Aemilius Consul centum et quatuor naves hostium demersit: triginta cum pugnatoribus cepit, quindecim millia hostium aut occidit, aut cepit; militem suum ingenti praeda ditavit: et subacta Africa tum fuisset, nisi tanta fames fuisset, ut diutius expectare exercitus non posset. Consules cum victrici classe redeuntes, circa Siciliam naufragium passi sunt: et tanta tempestas fuit, ut ex quadringentis sexaginta quatuor navibus, octoginta servari vix potuerint: neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim ducentas naves reparaverunt, neque in aliquo animus his infractus fuit.

Cneius Servilius Caepio et C. Sempronius Blaesus Consules, cum ducentis sexaginta navibus, ad Africam profecti sunt: aliquot civitates ceperunt: praedam ingentem reducentes naufragium passi sunt. Itaque cum continuae calamitates Romanis displicerent, decrevit Senatus, ut a maritimis praeliis recederetur, et tantum sexaginta naves ad praesidium Italiae salvae essent.

Lucio Cecilio Metello, Caio Furio Pacillo Consulibus, Metelius in Sicilia Afrorum ducem
502 cum CXXX elephantis, et magnis copiis venientem, superavit. XX millia hostium cecidit, sex et XX elephantos cepit, reliquos errantes per Nu-

midas, quos in auxilium habebat, collegit, et Romam deduxit ingenti pompa, cum CXXX elephantorum numero omnia itinera compleret. Post haec mala Carthaginienses Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romam proficisceretur, et pacem a Romanis obtineret, ac permutationem captivorum faceret.

Ille Romam cum venisset, inductus in Senatum, nihil quasi Romanus egit; dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desiisse. Itaque et uxorem a complexu removit, et Romanis suasit, ne pax cum Poenis fieret: illos enim fractos tot casibus, spem nullam habere: se tanti non esse, ut tot millia captivorum propter unum se et senem, et paucos, qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaque obtinuit: Nam Afros pacem petentes nullus admisit: ipse Carthaginem rediit; offerentibusque Romanis, ut eum Romae tenerent, negavit se in ea urbe mansurum, in qua, postquam Afris servierat, dignitatem honesti civis habere non posset. Regressus igitur ad Africam, omnibus suppliciis extinctus est.

P. Claudio Pulchro, C. Junio Consulibus, Claudius contra auspicia pugnavit, et a Carthaginiensibus victus est. Nam ex ducentis et viginti navibus, cum triginta fugit, XC cum pugnatoribus captae sunt; demersae caeterae. Alius quoque Consul classem naufragio amisit; exercitum tamen salvum habuit, quia vicina littora erant.

Caio Lutatio Catulo, Aulo Posthumio Albino Consulibus, anno belli Punici XXIII, Catulo bellum contra Afros commissum est. Profectus est cum CCC navibus in Siciliam. Afri contra ipsum CCCC paraverunt. Lutatius Catulus navem ae-

Romanum esse desiisse] *Capitis certe diminutionem passus erat, de qua et ejus speciebus vide praeter caeteros Sigonium.*

ger adſcendit: vulneratus enim in pugna ſuperiore fuerat. Contra Lilybaeum, civitatem Siciliae, pugnatum eſt ingenti virtute Romanorum: nam LXXIII Carthaginienſium naves captae ſunt, CXXV demerſae; XXXII millia hoſtium capta, XIII occiſa: infinitum auri argentique pondus in poteſtatem Romanorum redactum. Ex claſſe Romana duodecim naves demerſae; pugnatum eſt VI Idus Martias. Statim Carthaginienſes pacem petierunt, tributaque iis pax: captivi Romanorum,
311. qui tenebantur a Carthaginienſibus, redditi ſunt. Etiam Carthaginienſes petierunt, ut redimi eos captivos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus juſſit ſine pretio dari eos, qui in publica cuſtodia eſſent: qui autem a privatis tenerentur, ut, pretio dominis reddito, Carthaginem redirent; atque id pretium ex fiſco magis, quam a Carthaginienſibus, ſolveretur.

Quintus Lutatius, Aulus Manlius Conſules creati bellum Faliſcis intulerunt, quae civitas Italiae opulenta quondam fuit: quod ambo Conſules, intra ſex dies quam venerant, tranſegerunt, XV millibus hoſtium caeſis, caeteris pace conceſſa: agro tamen ex medietate ſublato.

LIBER III.

FINITO igitur Punico bello, quod per XXII annos tractum eſt, Romani jam clariſſima gloria noti, legatos ad Ptolemaeum Egypti regem

Ex fiſco] *Debuit dicere* ex aerario. *Aliud enim* fiſcus, *aliud* aerarium; *ſed ita illis temporibus vulgo loquebantur.*

Quod per XXII annos tractum eſt] *Pagina vigeſima ſecunda jam annos XXIII notavit. Ergo hic error eſt, lege,* Quod per XXIV annos.

niferunt, auxilia promittentes; quia rex Syriae Antiochus ei bellum intulerat. Ille gratias Romanis egit, auxilia non accepit; jam enim fuerat pugna transacta. Eodem tempore potentissimus rex Siciliae Hiero Romam venit ad ludos spectandos, et ducenta millia modiorum tritici populo donio dedit.

Lucio Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Consulibus, quibus Hiero Romam venerat, etiam intra Ligures intra Italiam bellum gesum est, et de his triumphatum. Carthaginienses tum bellum reparare tentabant, Sardinienses, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes. Venit tamen legatio Carthaginiensium Romam, et pacem impetravit. 515.

Tito Manlio Torquato, Caio Attilio Balbo consulibus, de Sardis triumphatum est: et pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt; quod his post Romam conditam semel tantum, Numa Pompilio regnante, contigerat. 517.

Lucius Posthumius Albinus, Cneius Fulvius Centumalus Consules bellum contra Illyrios gesserunt; et multis civitatibus captis, etiam reges in ditionem acceperunt: tum primum de Illyriis triumphatum est.

Lucio Aemilio Consule ingentes Gallorum copiae Alpes transierunt: sed pro Romanis ira Italia consensit; traditumque est Fabio historico, qui ei bello interfuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum fuisse: sed res per Consules tum prospere gesta est: XL millia hostium interfecta sunt, et triumphus Aemilio decretus. 523.

Aliquot deinde annis post, contra Gallos intra

Fabio historico] *Dicebatur Fabius Pictor, quem veteres minus diligentem fuisse testantur.*

Italiam pugnatum est, finitumque est bellum Marco Claudio Marcello, Cneio Cornelio Scipione Consulibus. Tunc Marcellus cum parva manu equitum dimicavit, et regem Gallorum Viridomarum nomine, manu sua occidit. Postea cum collega suo ingentes copias Gallorum peremit; Mediolanum expugnavit; grandem praedam Romam pertulit: ac triumphans Marcellus spolia Galli, stipiti imposita, humeris suis vexit.

M. Minucio, P. Cornelio Coss. Istris bellum illatum est, quia latrocinati naves Romanorum fuerant, quae frumenta exhibebant: perdomitique sunt omnes. Eodem anno bellum Punicum secundum Romanis illatum est per Annibalem Carthaginiensium ducem, qui Saguntum Hispaniae civitatem, Romanis amicam, oppugnare aggressus est, agens vicesimum aetatis annum; copiis congregatis CL millium peditum, et XX millium equitum. Huic Romani per legatos denuntiaverunt, ut bello abstineret. Is legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miserunt, ut mandaretur Annibali, ne bellum contra socios populi Romani gereret. Sed dura responsa a Carthaginiensibus reddita. Saguntini interea fame victi, captique ab Annibale, ultimis poenis afficiuntur.

533. Tum Publius Cornelius Scipio cum exercitu in Hispaniam profectus est, Tiberius Sempronius in Siciliam: bellum Carthaginiensibus indictum est. Annibal, relicto in Hispania fratre Asdrubale, Pyrenaeum transiit: Alpes, adhuc ea parte invias, sibi patefecit. Traditur ad Italiam LXX millia peditum, et XX millia equitum; septem et triginta elephantos adduxisse. Interea multi Ligures et Galli Annibali se junxerunt. Sempronius Gracchus, cognito ad Italiam Annibalis adventu, e Sicilia exercitum Ariminum trajecit.

Publius Cornelius Scipio Annibali primus occurrit: commisso praelio, fugatis suis, ipse vulneratus in castra rediit. Sempronius Gracchus et ipse confligit apud Trebiam amnem: is quoque vincitur. Annibali multi se in Italia dediderunt. Inde ad Tusciam veniens Annibal Flaminio Consuli occurrit: ipsum Flaminium interemit: Romanorum viginti quinque millia caesa sunt; caeteri diffugerunt. Missus adversus Annibalem postea a Romanis Quintus Fabius Maximus: is eum, differendo pugnam, ab impetu fregit; mox inventa occasione, vicit. 535.

Quingentesimo et quadragesimo anno a condita Urbe, L. Aemilius Paulus, P. Terentius Varro, contra Annibalem mittuntur, Fabioque succedunt: qui [Fabius] ambos Consules monuit, ut Annibalem calidum et impatientem ducem non aliter vincerent, quam praelium differendo. Verum cum impatientia Varronis Consulis contradicente Consule altero, apud vicum, qui Cannae appellatur, in Apulia pugnatum esset, ambo Consules ab Annibale vincuntur. In ea pugna tria millia Afrorum cecidunt; magna pars de exercitu Annibalis fauciatur: nullo tamen Punico bello Romani gravius accepti sunt: periit enim in eo Aemilius Paulus Consul: Consulares aut Praetorii XX. Senatores capti aut occisi XXX nobiliores viri CCC milium XL millia; equitum tria millia et quingenti; in quibus malis nemo tamen Romanorum pacis mentionem habere dignatus est. Servi, quod nunquam ante, manumissi, et milites facti sunt.

Post eam pugnam multae Italiae civitates, quae Romanis paruerant, se ad Annibalem transtulerunt. Annibal Romanis obtulit, ut captivos redimerent: responsumque est a Senatu, eos cives non esse necessarios, qui, cum armati essent, capi potuissent. Hic omnes postea variis suppliciis interfecit, et tres modios aureorum annulorum Carthaginem misit, quos e manibus equitum Romano-

rum, Senatorum, et militum detraxerat. Interea in Hiſpania, ubi frater Annibalis Aſdrubal remanſerat cum magno exercitu, ut eam totam Afris ſubigeret, a duobus Scipionibus, Romanis ducibus, vincitur; perditque in pugna XXXV millia hominum; ex his capiuntur X millia, occiduntur XXV. Mittuntur ei a Carthaginienſibus ad reparandas vires XII millia peditum, IV millia equitum, XX elephanti.

Anno quarto poſtquam in Italiam Annibal venit, Marcus Claudius Marcellus Conſul apud Nolam, civitatem Campaniae, contra Annibalem bene pugnavit Annibal multas civitates Romanorum per Apuliam, Calabriam, et Bruttios occupavit: quo tempore etiam rex Macedoniae Philippus ad eum legatos miſit, promittens auxilia contra Romanos ſub hac conditione: ut, deletis Romanis, ipſe quoque contra Graecos ab Annibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, et re cognita, Romani in Macedoniam Marcum Valerium Levinum ire juſſerunt; in Sardiniam Titum Manlium Torquatum Proconſulem; nam etiam ea ſollicitata ab Annibale Romanos deſeruerat.

Ita uno tempore quatuor locis pugnabatur: in Italia, contra Annibalem; in Hiſpania, contra fratrem ejus Aſdrubalem; in Macedonia, contra Philippum; in Sardinia, contra Sardos, et alterum Aſdrubalem Carthaginienſem. Is a Tito Manlio Proconſule, qui ad Sardiniam miſſus fuerat, vivus eſt captus; occiſa cum eo XII millia, capti mille quingenti; et a Romanis Sardinia ſubacta. Manlius victor captivos et Aſdrubalem Romam reportavit. Interea etiam Philippus a Levino in Macedonia vincitur, et in Hiſpania a Scipionibus Aſdrubal, et Mago tertius frater Annibalis.

Decimo anno poſtquam Annibal in Italiam venerat, P. Sulpicio, Cnaeo Fulvio Coſſ. Annibal

usque ad quartum milliarium Urbis accessit, equites ejus usque ad portas; mox Consulum metu, cum exercitu venientum, Annibal ad Campaniam se recepit 541. In Hispania a fratre Asdrubale ambo Scipiones, qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur: exercitus tamen integer mansit: casu enim magis quam virtute erant decepti: quo tempore etiam a Consule Marcello Siciliae magna pars capta est, quam tenere Afri coeperant: et, ex nobilissima urbe Syracusana, praeda ingens Romam praelata est. Levinus in Macedonia cum Philippo, et multis Graeciae populis, et Rege Asiae Attalo, amicitiam fecit: et ad Siciliam profectus, Annonem quendam Afrorum ducem, apud Agrigentum civitatem cum ipso oppido cepit, eumque Romam cum captivis nobilibus misit; XL civitates in deditionem accepit, XXVI expugnavit. Ita omni Sicilia recepta, Macedonia fracta, cum ingenti gloria Romam regressus est. Annibal in Italia Cnaeum Fulvium Consulem subito aggressus, cum octo millibus hominum interfecit.

Interea ad Hispanias, ubi, occisis duobus Scipionibus, nullus Romanus dux erat, Publius Cornelius Scipio mittitur, filius Publii Scipionis, qui ibidem bellum gesserat, annos natus quatuor et XX, vir Romanorum omnium, et sua aetate et posteriori tempore, fere primus. Is Carthaginem Hispaniae capit; in qua omne aurum, et argentum, et belli apparatum Afri habebant: nobilissimos quoque obsides, quos ab Hispanis acceperant: Magonem etiam fratrem Annibalis ibidem capit, quem Romam cum aliis mittit. Romae ingens 543. laetitia posthunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit. Qua re omnes fere Hispani ad eum uno animo transierunt. Postque Asdrubalem Annibalis fratrem victum fugat, et praedam maximam capit.

544. Interea in Italia Consul Q Fabius Maximus Tarentum recepit, in qua ingentes copiae Annibalis erant: et ibi etiam ducem Annibalis Carthalonem occidit, XXV millia captivorum vendidit: praedam militibus dispertivit, pecuniam hominum venditorum ad fiscum retulit. Tum multae civitates Romanorum, quae ad Annibalem transierant prius, rursus se Fabio Maximo dediderunt. Insequenti anno Scipio in Hispania egregias res egit, et per se, et per fratrem suum Lucium Scipionem: LXX civitates recepit. In Italia tamen male pugnatum est Nam Claudius Marcellus Consul ab Annibale occisus est.

Tertio anno postquam Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, rursus res inclytas gerit: regem Hispaniarum magno praelio victum in amicitiam accepit, et primus omnium a victo obsides non poposcit.

Desperans Annibal Hispanias contra Scipionem diutius posse retineri, fratrem suum Asdrubalem in Italiam cum omnibus copiis evocavit. Is veniens eodem itinere, quo etiam Annibal venerat, a Consulibus Appio Claudio Nerone, et Marco Livio Salinatore, apud Senam Piceni civitatem, in insidias compositas incidit: strenue tamen pugnans occisus est: ingentes ejus copiae captae aut interfectae sunt; magnum pondus auri atque argenti Romam relatum. Post haec Annibal diffidere de belli coepit eventu, et Romanis ingens animus accessit. Itaque et ipsi evocaverunt ex Hispania Publium Cornelium Scipionem. Is Romam cum ingenti gloria venit.

Quinto Caecilio, Lucio Valerio Consulibus, om-

Senam Piceni] *Ad distinctionem Senae Juliae, quae hodie inter potentissimas Italiae civitates nobilem locum obtinet.*

es civitates, quae in Bruttiis ab Annibale tenebantur, Romanis se tradiderunt.

Anno XIV postquam in Italiam Annibal venerat, Scipio, qui multa in Hispania bene gerat, Consul est factus, et in Africam missus: cui viro divinum quiddam inesse existimabatur; adeo ut putaretur cum numinibus habere sermonem. Is in Africa contra Annonem ducem Afrorum pugnat, exercitum ejus interficit Secundo praelio castra capit, cum quatuor millibus et quingentis militibus: XI millibus occisis. Syphacem Numidiae regem, qui se Afris conjunxerat. capit, et castra ejus invadit. Syphax eum nobilissimis Numidis, et infinitis spoliis, a Scipione Romam mittitur: qua re audita, omnis fere Italia Annibalem deserit; ipse a Carthaginiensibus in Africam redire jubetur, quam Scipio vastabat. 548.

Ita anno XVII ab Annibale Italia liberata est, quam flens dicitur reliquisse. Legati Carthaginiensium pacem a Scipione petierunt; ab eo ad Senatum Romam missi sunt: XLV dies his induciae datae sunt, quousque Romam ire et regredi possent: XXX millia pondo argenti ab his accepta sunt: Senatus ex arbitrio Scipionis pacem jussit cum Carthaginiensibus fieri Scipio his conditionibus dedit, ne amplius quam XXX naves haberent, quingenta millia pondo argenti darent, captivos et perfugas redderent: 550.

Interim Annibale veniente ad Africam, pax turbata est, multa hostilia ab Afris facta sunt; legati tamen eorum ex Urbe venientes, a Romanis capti sunt, et jubente Scipione dimissi. Annibal quoque frequentibus praeliis victus a Scipione pe-

Castra ejus invadit] *Puto scripsisse Eutropium*, incendit: *id certe vetus historia testatur.*

Italia ab Annibale liberata est] *Id est, Annibal Italiae faucibus depulsus est.*

tit etiam ipse pacem. Cum ventum esset ad colloquium, iisdem conditionibus data est, quibus prius; addita quingentis millibus pondo argenti C millia librarum, propter novam perfidiam. Carthaginiensibus conditiones displicuerunt, jusserunt que Annibalem pugnare. Infertur a Scipione, et Masinissa alio rege Numidarum, qui amicitiam cum Scipione fecerat, Carthagini bellum. Annibal tres exploratores ad Scipionis castra misit: quos captos Scipio circumduci per castra jussit, ostendique eis totum exercitum; mox etiam praandium dari. dimittique, ut renunciarent Annibali, quae apud Romanos vidissent.

Interea praelium ab utroque duce instructum est, quale vix ulla memoria fuit, quum peritissimi viri copias suas ad bellum educerent. Scipio victor recedit, pene ipso Annibale capto: qui primum cum multis equitibus, deinde cum XX, postremo cum quatuor evasit. Inventa in castris Annibalis argenti pondo XX millia, auri octoginta, caetera supellecti copiosa. Post id certamen
551. pax cum Carthaginiensibus facta est. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphavit, atque Africanus ex eo appellari coeptus est. Finem accepit secundum Punicum bellum, post annum nonum decimum quam coeperat.

LIBER IV.

TRansacto Punico bello, secutum est Macedonicum contra Philippum regem.

Quingentesimo et quinquagesimo primo anno ab Urbe condita, T. Quintius Flaminius adversus Philippum regem mittitur: res prospere gessit: pax ei data est his legibus; ne Graeciae civitatibus, quas Romani contra eum defenderant, bellum inferret: ut captivos et transfugas redderet: quin

quaginta solum naves haberet, reliquas Romanis daret: per annos decem quaterna millia pondo argenti praestaret, et obsidem daret filium suum Demetrium. T. Quintius etiam Lacedaemoniis intulit bellum; ducem eorum Nabidem vicit; et, quibus voluit conditionibus, in fidem accepit: ingenti gloria duxit ante currum nobilissimos obsides, Demetrium Philippi filium, et Armenem Nabidis. 557.

Transacto bello Macedonico, secutum est Syriacum contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione Consulibus. Huic Antiocho Annibal se junxerat, Carthaginem patriam etiam, ne Romanis traderetur, relinquens. M. Acilius Glabrio in Achia bene pugnavit. Castra regis Antiochi nocturna pugna capta sunt: ipse fugatur. Philippo, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuisset, filius Demetrius redditus est.

L. Cornelio Scipione, C. Laelio Consulibus, Scipio Africanus, fratri suo L. Cornelio Scipioni Consuli legatus, contra Antiochum profectus est. Annibal, qui cum Antiocho erat, navali praelio victus est. Ipse postea Antiochus circa Magnesiam ad Sipylum Asiae civitatem, a Consule Cornelio Scipione ingenti praelio fusus est. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis frater, qui Eumenam in Phrygia condidit. Quinquaginta millia peditum, IV millia equitum in certamine ex parte regis occisa sunt. Tum rex Antiochus pacem petit, quae iisdem conditionibus datur a Senatu, quanquam victo, quibus ante offerebatur, ut ex Europa et Asia recederet, atque intra Taurum se contineret; X millia talentorum, et XX obsides praeberet; Annibalem concitatorem belli dederet. Eumeni regi donatae sunt omnes Asiae civitates, quas Antiochus bello perdiderat; et Rhodiis, qui auxilium Romanis contra An- 561. 562.

tiochum tulerant, multae urbes conceſſae ſunt. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphavit; nomen et ipſe, ad imitationem fratris, Aſiatici accepit, quia Aſiam vicerat; ſicuti frater ipſius, propter Africam domitam, Africanus appellabatur.

Spurio Poſthumio Albino, Q. Marcio Philippo Conſulibus, M. Fulvius de Aetolis triumphavit. Annibal, qui victo Antiocho, ne Romanis traderetur, ad Pruſiam Bithyniae regem fugerat, repititus etiam ab eo eſt per Titum Quintium Flaminium: et, cum tradendus eſſet Romanis, venenum bibit, et apud Libyſſam, in finibus Nicomediensium, ſepultus eſt.

Philippo rege Macedoniae mortuo, qui et adverſum Romanos bellum geſſerat, et poſtea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat,
574. filius ejus Perſeus in Macedonia rebellavit, ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adjutores habebat Cotyn Thraciae regem; et Illyrici, Gentium nomine. Romanis autem in auxilium erant Eumenes Aſiae rex, Ariarathes Cappadociae, Antiochus Syriae, Ptolemaeus Aegypti, Maſiniſſa Numidiae. Pruſias autem rex Bithyniae, quanquam ſororem Perſei uxorem haberet, utriſque ſe aequum praebuit. Dux Romanorum P. Licinius Conſul eſt a rege gravi praelio victus: neque tamen Romani, quanquam ſuperati, regi petenti pacem praeſtare voluerunt, niſi his conditionibus, ut ſe et ſuos Senatui et Populo Romano dederet. Mox miſſus contra eum Lucius Aemilius Paulus Conſul, et in Illyricum C. Anicius Praetor, contra Gentium. Sed
584. Gentius facile uno praelio victus, mox ſe dedidit. Mater ejus, et uxor, et duo filii, frater quoque ejus, ſimul in poteſtatem Romanorum venerunt. Ita bello intra dies XXX perfecto, ante cognitum eſt Gentium victum, quam coeptum bellum nunciaretur

Cum Perſeo autem Aemilius Paulus Conſul ter-

o nonas Septembris dimicavit; vicitque eum, XX millibus peditum ejus occisis: equitatus cum rege fugit integer, Romanorum C milites amissi sunt: urbes Macedoniae omnes, quas rex tenuerat, Romanis se dediderunt: ipse rex, cum desereretur ab amicis, venit in Pauli potestatem; sed honorem ei Aemilius non quasi victo habuit: nam et volentem sibi ad pedes cadere non permisit; sed juxta se in sella collocavit. Macedonibus et Illyriis hae leges datae sunt: ut liberi essent, et dimidium eorum tributorum praestarent, quae regibus praestitissent: et appareret Populum Romanum pro aequitate magis quam avaritia dimicare. Itaque in conventu infinitorum populorum Paulus haec pronunciavit, et legationes multarum gentium, quae ad eum venerant, magnificentissimo pavit convivio, dicens, Eosdem hominis esse debere et bello vincere, et convivii apparatu elegantem esse.

Mox septuaginta civitates Epiri, quae rebellarant, cepit: praedam militibus distribuit; Romam cum ingenti pompa rediit in nave Persei, quae inusitatae magnitudinis fuisse traditur, adeo ut XVI ordines habuisse dicatur remorum. Triumphavit autem magnificentissime in curru aureo, cum duobus filiis utroque latere adstantibus. Ducti sunt ante currum duo regis filii, et ipse Perseus, XLV annos natus. Post eum etiam C. Anicius de Illyriis triumphavit: Gentius cum fratre et filiis ante currum ductus est. Ad hoc spectaculum multarum gentium reges Romam venerunt: inter alios etiam venit Atalus atque Eumenes Asiae reges, atque Prusias Bythiniae; magno honore accepti sunt, et permittente Senatu, dona quae attulerant, in Capitolio posuerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedem Senatui commendavit. 586.

Insequenti anno Lucius Memmius in Hispania

bene pugnavit. Marcellus postea Consul res in bidem prospere gessit.

602. Tertium deinde bellum contra Carthaginem suscipitur, DC et altero anno ab Urbe condita, L. Manlio Censorino et Marco Manilio Consulibus, anno LI postquam secundum Punicum bellum transactum erat. Hi profecti Carthaginem oppugnaverunt. Contra eos Asdrubal dux Carthaginiensium dimicabat; Famea dux alius equitatui praeerat Carthaginiensium Scipio tunc, Scipionis Africani nepos, Tribunus ibi militabat, cujus apud omnes ingens metus et reverentia erat Nam et paratissimus ad dimicandum, et consultissimus habebatur. Itaque per eum multa prospere a Consulibus gesta sunt: neque quidquam magis vel Asdrubal vel Famea vitabant, quam contra eam Romanorum partem pugnam committere, ubi Scipio dimicabat.

Per idem tempus Masinissa rex Numidarum, per annos sexaginta fere amicus populi Romani, anno vitae suae XCVII mortuus est, XLIV filiis relictis. Scipionem divisorem regni inter filios suos esse jussit.

Cum igitur clarum Scipionis nomen esset, juvenis adhuc Consul est factus, et contra Carthaginem missus. Is eam cepit, ac diruit; spo-
606. lia ibi inventa, quae de variarum civitatum excidiis Carthago collegerat, et ornamenta urbium civitatibus Siciliae, Italiae et Africae reddidit, quae sua recognoscebant Ita Carthago, septingentesimo anno postquam condita erat, deleta est. Scipio nomen quod avus ejus acceperat, meruit; scilicet ut propter virtutem etiam ipse Africanus Junior vocaretur.

Interim in Macedonia quidem Pseudo-philippus arma movit, et Romanum praetorem Publium Juvencium, contra se missum, ad internecionem vicit. Post eum Q. Caecilius Metellus dux a Ro-

manis contra Pseudo-philippum missus est, et viginti quinque millibus ex militibus ejus occisis, Macedoniam recepit; ipsum etiam Pseudo-philippum in potestatem suam redegit.

Corinthiis quoque bellum indictum est, nobilissimae Graeciae civitati propter injuriam legatorum Romanorum. Hanc Mummius Consul cepit ac diruit. Tres igitur Romae simul celeberrimi triumphi fuerunt: Africani ex Africa, ante cujus currum ductus est Asdrubal; Metelli ex Macedonia, cujus currum praecessit Andriscus, qui et Pseudo-philippus dicitur: Mummii ex Corintho, ante quem signa aenea et pictae tabulae, et alia urbis clarissimae ornamenta praelata sunt.

Iterum in Macedonia Pseudo-perseus, qui se Persei filium esse dicebat, collectis servis, rebellavit; et cum septemdecim armatorum millia haberet, a Tremellio Quaestore superatus est. His diebus Androgynus Romae visus, jussu aruspicum in mare mersus est.

Eodem tempore Metellus in Celtiberia apud Hispanos egregias res gessit. Successit ei Q. Pompeius. Nec multo post Quintus quoque Caepio ad idem bellum missus est; quod quidam Viriatus contra Romanos in Lusitania gerebat. Quo metu Viriatus a suis interfectus est; cum quatuordecim annos Hispanias adversum Romanos movisset. Pastor primo fuit; mox latronum dux: postremo tantos ad bellum populos concitavit, ut assertor contra Romanos Hispaniae putaretur; et cum interfectores ejus praemium a Caepione Consule petent, responsum est, Nunquam Romanis placuisse, imperatorem a suis militibus interfeci.

Quintus Pompeius deinde Consul a Numantinis, quae Hispaniae civitas fuit opulentissima, superatus, pacem ignobilem fecit. Post eum Caius Hostilius Mancinus Consul iterum cum Numantinis pacem fecit infamem, quam populus et Senatus

jussit infringi, atque ipsum Mancinum hostibus tradi: ut in illo, quem auctorem foederis habebant, injuriam soluti foederis vindicarent. Post tantam igitur ignominiam, qua a Numantinis bis Romani exercitus fuerant subjugati, Publius Scipio Africanus secundum Consul factus, ad Numantiam missus est. Is primum militem vitiosum et ignavum, exercendo magis quam puniendo, sine aliqua acerbitate, correxit. Tum multas Hispaniae civitates partim bello cepit, partim in deditionem accepit. Postremo ipsam Numantiam diu obsessam fame confecit, et a solo evertit: reliquam provinciam in fidem accepit.

Eo tempore Attalus rex Asiae, frater Eumenis, mortuus est, haeredemque populum Romanum reliquit. Ita imperio Romano per testamentum Asia accessit.

614. Mox etiam Decimus Junius Brutus de Gallaecis et Lusitanis triumphavit magna gloria: et Publius Scipio Africanus de Numantinis secundum triumphum egit, XIV anno postquam priorem de Africa egerat.

Motum interim in Asia bellum est ab Aristonico Eumenis filio, qui ex concubina susceptus fuerat. Is Eumenes frater Attali fuerat. Adversus eum missus est P. Licinius Crassus: habuit infinita regum auxilia: nam et Bythiniae rex Nicomedes Romanos juvit, et Mithridates Ponticus, cum quo postea bellum gravissimum fuit, et Ariarathes Cappadox, et Pylaemenes Paphlagon. Victus est tamen Crassus, et in praelio interfectus; caput ejus Aristonico oblatum est; corpus Smyrnae sepultum. Postea Perpenna Consul Romanus, qui successor Crasso veniebat, audita belli fortuna, ad Asiam celeravit: et acie victum Aristonicum, apud Stratonicen civitatem, quo fugerat, fame ad deditionem compulit. Aristonicus jussu
621. Senatus Romae in carcere strangulatus;

triumphari enim de eo non poterat, quia Parpenna apud Pergamum, rediens, diem obierat.

Lucio Caecilio Metello, et Tito Quintio Flaminio Consulibus, Carthago in Africa jussu Senatus reparata est, quae nunc manet; annis duobis et viginti postquam a Scipione fuerat eversa. Deducti eo sunt cives Romani.

Anno DCXXVII ab Urbe condita Caius Cassius Longinus, et Sextus Domitius Calvinus Consules, Gallis Transalpinis bellum intulerunt, et Arvernorum nobilissimae tum civitati, atque eorum regi Bituito; infinitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium interfecerunt. Praeda ex torquibus Gallorum ingens Romam perlata est. Bituitus se Domitio dedidit, atque ab eo Romam ductus est, magnaque gloria Consules ambo triumphârunt.

Marco Portio Catone, et Quinto Marcio Rege Consulibus, DCXXX anno et tertio ab Urbe condita, Narbonam in Gallia colonia deducta est. Post a L. Metello et Quinto Mucio Scavola Consulibus, de Dalmatia triumphatum est.

Ab Urbe condita anno DCXXXV, C. Cato Consul Scordiscis intulit bellum, ignominioseque pugnavit.

C. Caecilio Metello et Cnaeo Carbone Consulibus, duo Metelli fratres eodem die, alterum ex Thracia, alterum ex Sardinia triumphum egerunt. Nunciatumque Romae est, Cimbros e Gallia in Italiam transisse

P. Scipione Nasica, et L. Calpurnio Bestia Consulibus, Jugurthae Numidarum regi bellum illatum est, quod Adherbalem et Hiempsalem, 641.
Micipsae filios, fratres suos, reges et populi Romani amicos interemisset. Missus adversus eum Consul Calpurnius Bestia, corruptus regis pecunia pacem cum eo flagitiosissimam fecit quae a Senatu reprobata est. Postea contra eundem, insequenti

anno, Spurius Albinus Posthumius profectus est. Is quoque per fratrem ignominiose contra Numidas pugnavit.

Tertio missus Quintus Caecilius Metellus Consul, exercitum ingenti severitate et moderatione correctum, cum nihil in quenquam cruentum faceret, ad disciplinam Romanam reduxit. Jugurtham variis praeliis vicit, elephantos ejus occidit, vel cepit. Et cum jam bello finem impositurus
esset, successum est ei a C. Mario. Is Ju-
645. gurtham, et Bocchum, Mauritaniae regem, qui auxilium Jugurthae ferre coeperat, pariter superavit. Aliquanta et ipse oppida Numidiae cepit, belloque terminum posuit, capto Jugurtha per Quaestorem suum Cornelium Syllam, ingentem virum; tradente Boccho Jugurtham, qui pro eo ante pugnaverat.

A Marco Junio Silano, collega Quinti Metelli, Cimbri in Gallia, et a Minucio Rufo in Macedonia Scordisci et Triballi; et a Servilio Caepione in Hispania Lusitani victi sunt; et duo triumphi de
Jugurtha, primus per Metellum, secundus
647. per Marium acti sunt: ante currum tamen Marii Jugurtha cum duobis filiis ductus est catenatus, et mox jussu Consulis in carcere strangulatus.

LIBER V.

DUM bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Romani Consules Marcus Manilius et Quintus Caepio a Cimbris, et Teutonibus, et Tigurinis, et Ambronibus, quae erant Germanorum et Gallorum gentes, victi sunt juxta flumen Rhodanum; et ingenti internecione attriti, etiam castra sua et magnam partem exercitûs perdiderunt. Timor Romae grandis fuit, quantus vix Annibalis,

tempore Punici belli, ne iterum Galli Romam venirent. Ergo Marius post victoriam Jugurthinam secundum Consul est factus, bellumque ei contra Cimbros et Teutones decretum est. 648.
Tertio quoque ei et quarto delatus est Consulatus: quia bellum cum Cimbris protrahebatur; sed in quarto Consulatu collegam habuit Quintum Lutatium Catulum. Cum Cimbris itaque conflixit, et duobus praeliis CC millia hostium cecidit, LXXX millia cepit, et ducem eorum Teutobodum; propter quod meritum absens quintum Consul est factus.

Interea Cimbri et Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam transierunt. Iterum Caio Mario et Quinto Catulo contra eos dimicatum est; sed a Catuli parte felicius. Nam eo praelio, quod simul ambo gesserunt, CXL millia, aut in pugna, aut in fuga caesa sunt; et LX millia capta. Romani milites ex utroque exercitu viginti perierunt. Tria et triginta signa Cimbris ablata sunt; ex his exercitus Marii duo reportavit, Catuli exercitus XXX et unum. Is belli finis fuit: triumphus utrique decretus est.

Sexto Julio Caesare, et L. Marcio Philippo Consulibus, sexcentesimo quinquagesimo nono anno ab Urbe condita, cum prope alia omnia bella cessarent, in Italia gravissimum bellum Picentes, Marsi, Pelignique moverunt: qui, cum annis numerosis jam populo Romano obedirent, tam libertatem sibi aequam asserere coeperunt. Pernicioſum admodum hoc bellum fuit. P. Rutilius Consul in eo occisus est; Caepio nobilis juvenis, et Porcius Cato alius Consul. Duces autem adversus Romanos Picentibus et Marsis fuerunt Titus Vettius, Hierius Asinius, Titus Herennius, Aulus Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum est a C. Mario, qui sexies Consul fuerat; et a Cnaeo Pompeio: maxime tamen a Lu-

cio Cornelio Sylla, qui inter alia facta egregia, ita Cluentium hostium ducem cum magnis copiis fudit, ut ex suis nec unum amitteret. Quadriennio, cum gravi tamen calamitate, hoc bellum tractum est. Quinto demum anno finem accepit per Lucium Cornelium Syllam Consulem, cum antea in eodem bello ipse multa strenue Praetor gessisset.

Anno Urbis conditae DCLXII, primum Romae bellum civile C. Marius sexies Consul dedit. Nam cum Sylla Consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam et Achaiam occupaverat, mitteretur; iique exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli Socialis, de quo diximus, quod intra Italiam gestum fuerat, reliquae tollerentur; Marius affectavit, ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quare Sylla commotus cum exercitu ad Urbem venit. Illic contra Marium et Sulpicium dimicavit; primus Urbem Romam armatus ingressus est, Sulpicium interfecit, Marium fugavit: atque ita Consulibus ordinatis in futurum annum, Cnaeo Octavio, et L. Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est.

Mithridates enim, qui Ponti rex erat, atque Armeniam Minorem, et totum Ponticum mare in circuitu cum Bosporo tenebat, primo Nicomedem amicum populi Romani Bithynia voluit expellere; Senatuique mandavit, bellum se ei propter injurias, quas passus fuerat, illaturum. A Senatu responsum est Mithridati, si id faceret, quod bellum a Romanis et ipse pateretur. Qua re iratus, Cappadociam statim occupavit, et ex eo Ariobarzanem, regem et amicum populi Romani, fugavit. Mox etiam Bithyniam invasit, et Paphlagoniam, pulsis ex ea regibus, amicis populi Romani, Pylaemene et Nicomede. Inde Ephesum contendit: et per omnem Asiam literas misit, ut, ubicunque inventi essent cives Romani, uno die occiderentur.

Interea etiam Athenae civitas Achaiae ab Aristione Atheniensi Mithridati tradita est. Miserat enim jam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem suum. cum CXX millibus equitum ac peditum: per quem etiam reliqua Graecia occupata est. Sylla Archelaum apud Piraeum, non longe ab Athenis, obsedit, ipsamque urbem cepit; postea commisso praelio contra Archelaum, ita eum vicit, ut ex CXX millibus vix decem superessent Archelao, et ex Syllae exercitu XIV, tantum homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, LXX millia lectissima ex Asia Archelao misit: contra quem Sylla iterum commisit. Primo praelio viginti millia hostium interfecta sunt, filiusque Archelai Diogenes; secundo omnes Mithridatis copiae extinctae sunt: Archelaus ipse triduo nudus in paludibus latuit. Hac re cognita, Mithridates cum Sylla de pace agere coepit.

Interim eo tempore Sylla etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas, et Moesos partim vicit, alios in fidem accepit. Sed cum legati a rege Mithridate, qui pacem petebant, venissent, non aliter se datum Sylla esse respondit, nisi rex, relictis his quae occupaverat, ad regnum suum rediisset. Postea tamen ad colloquium ambo venerunt, pax inter eos ordinata est; ut Sylla, ad bellum civile festinans, a tergo periculum non haberet. Nam dum Sylla in Achaia atque Asia Mithridatem vincit, Marius, qui fugatus erat, et Cornelius Cinna unus ex Consulibus, bellum in Italia reparârunt: et ingressi urbem Romam, nobilissimos ex Senatu et Consulares viros interfecerunt, multos proscripserunt: Asius Syllae domo eversa, filios et uxorem ad fugam compulerunt: universus reliquus Senatus ex urbe fugiens, ad Syllam in Graeciam venit, orans ut patriae subveniret. Ille in Italiam trajecit, bellum civile gesturus adversus Norbanum et Scipionem Consules. Primo praelio contra Norba-

num dimicavit non longe a Capua; tum VII millia ejus cecidit, VI millia cepit: CXXIV suorum amisit. Inde etiam se ad Scipionem convertit, et ante praelium totum ejus exercitum sine sanguine in deditionem accepit.

Sed cum Romae mutati Consules essent, et Marius Marii filius, ac Papirius Carbo Consulatum accepissent, Sylla contra Marium juniorum dimicavit: et XV millibus ejus occisis, CCCC de suis perdidit. Mox etiam et Urbem ingressus est Marium, Marii filium, Praeneste persecutus, obsedit, et ad mortem compulit. Rursus pugnam gravis-
760. simam habuit contra Lamponium et Carinatem, duces partis Marianae, ad portam Collinam LXXIX millia hostium in praelio contra Syllam fuisse dicuntur. XII millia se Syllae dediderunt: caeteri in acie, in castris, in fuga, insatiabili ira victoris consumpti sunt. Cnaeus quoque Carbo Consul alter, ab Arimino ad Siciliam fugit; et ibi per Cnaeum Pompeium interfectus est: quem adolescentem Sylla annos unum et XX natum, cognita ejus industria, traditis ejus exercitibus praefecerat, ut secundus a Sylla haberetur.

Occiso ergo Carbone, Pompeius Siciliam recepit. Transgressus inde ad Africam. Domitium Marianae partis ducem, et Hiarbam regem Mauritaniae, qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Post haec Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphavit. Cnaeus etiam Pompeius, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum et XX annum agens, de Africa triumphavit. Hunc finem habuerunt duo bella funestissima; Italicum, quod et Sociale dictum, et Civile: quae ambo tracta sunt per annos decem: consumpserunt ultra CL millia hominum; viros Consulares XXIV, Praetorios VII, Aedilitios LX, Senatores fere CCC.

LIBER VI.

MARCO Aemelio Lepido, Quinto Catulo Consulibus, cum Sylla Rempublicam comsuisset, bella nova exarserunt; unum in Hispania; aliud in Pamphylia et Cilicia; tertium in Macedonia; quartum in Dalmatia. Nam Sertorius, qui partium Marianarum fuerat, timens fortunam caeterorum, qui interempti erant, ad bellum commovit Hispanias. Missi sunt contra eum duces, Quintus Caecilius Metellus, filius ejus qui Jugurtham regem vicit, et Lucius Domitius Praetor. A Sertorii duce Hirtuleio Domitius occisus est: Metellus vario successu contra Sertorium dimicavit. Postea cum impar pugnae solus Metellus putaretur, Cnaeus Pompeius ad Hispanias missus est. Ita duobus ducibus adversis, Sertorius fortuna varia saepe pugnavit. Octavo demum anno a suis occisus est, et finis ei bello datus est per Cnaeum Pompeium adolescentem, et Quintum Metellum Pium; atque omnes prope Hispaniae in potestatem Pop. Rom. redactae sunt.

Ad Macedoniam missus est Appius Claudius post consulatum. Levia praelia habuit contra varias gentes, quae Rhodopam provinciam incolebant: atque ibi morbo mortuus est. Missus ei successor Cnaeus Scribonius Curio post Consulatum: is Dardanos vicit, et usque ad Danubium penetravit, triumphumque meruit, et intra triennium finem bello dedit.

Ad Ciliciam et Pamphyliam missus est P. Servilius ex Consule, vir strenuus. Is Ciliciam subegit, Lyciae urbes clarissimas oppugnavit, et cepit: his Phaselidem, Olympum, Corycum Ciliciae. Isauros quoque aggressus, ad deditionem redegit; atque intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in Tauro iter fecit,

Revertens triumphum accepit, et nomen Isaurici meruit.

Ad Illyricum missus est Cnaeus Cosconius pro Consule: multam partem Dalmatiae subegit, Salonas cepit: et, composito bello, Romam post biennium rediit.

Iisdem temporibus, Consul Marcus Aemilius Lepidus, Catuli collega, bellum Civile voluit commovere: intra tamen unam aestatem motus ejus oppressus est. Ita uno tempore multi simul triumphi fuerunt: Metelli, ex Hispania; Pompeii, secundus ex Hispania; Curionis, ex Macedonia; Servilii, ex Isauria.

Anno urbis conditae DCLXXVI, L. Licinio Lucullo et Marco Aurelio Cotta Consulibus, mortuus est Nicomedes rex Bithyniae, et per testamentum Populum Romanum fecit haeredem. Mithridates, pace rupta, Bithyniam et Asiam rursus voluit invadere. Adversus eum ambo Consules missi variam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem victus ab eo acie, etiam intra oppidum coactus est, et obsessus. Sed cum se inde Mithridates Cyzicum transtulisset, ut, Cyzico capto, totam Asiam invaderet, Lucullus ei alter Consul occurrit: ac dum Mithridates in obsidione Cyzici commoratur, ipse eum a tergo obsedit, fameque consumpsit, et multis praeliis vicit. Postremo Byzantium (quae nunc Constantinopolis est) fugavit, navali quoque praelio duces ejus Lucullus oppressit. Ita una hieme et aestate, a Lucullo ad centum fere millia hominum ex parte regis extincta sunt.

Anno urbis Romae DCLXXVIII, Macedoni-

Primus omnium Romanorum in Tauro iter fecit.] *Id est, Cum copiis militaribus penetravit Taurum: id enim significat,* Iter facere.

am provinciam M. Licinius Lucullus accepit, consobrinus Luculli, qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia novum bellum subito commotum est. LXXX enim et quatuor gladiatores, ducibus Spartaco, Chryso et Oenomao, effracto Capuae ludo, effugerunt: et per Italiam vagantes, ferè non levius bellum in ea, quam Annibal moverat, paraverunt: nam multis ducibus, et duobus simul Romanorum Consulibus victis, sexaginta fere millium armatorum exercitum congregaverunt: victique sunt in Apulia a M. Licinio Crasso Proconsule, et post multas calamitates Italiae, tertio anno, bello huic finis imponitur.

Sexcentesimo octogesimo primo Urbis conditae anno, P. Cornelio Lentulo et Cnaeo Ausidio Oreste Consulibus, duo tantum gravia bella in Imperio Romano erant. Mithridaticum et Macedonicum; haec duo Luculli agebant, L. Lucullus, et M. Lucullus. L. ergo Lucullus post pugnam Cyzicenam, qua vicerat Mithridatem; et navalem, qua duces ejus oppresserat, persecutus est eum: et recepta Paphlagonia atque Bithynia, etiam regnum ejus invasit. Sinopen et Amisum civitates Ponti nobilissimas cepit: secundo praelio apud Cabira civitatem; quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum triginta millia lectissima regis, a quinque Romanorum millibus vastata essent, Mithridates fugatus, et castra ejus direpta. Armenia quoque Minor, quam tenuerat, eidem subiata est. Suscepitus tamen est Mithridates post fugam a Tigrane, Armeniae rege; qui tum ingenti gloria imperebat, Persas saepe vicerat, Mesopotamiam occupaverat, et Syriam, et Phoenices partem.

Ergo Lucullus repetens hostem fugatum, etiam regnum Tigranis, qui Armeniis imperebat, ingressus est. Tigranocerta civitatem Armeniae nobilissimam cepit; ipsum regem, cum sexcentis

millibus clibanariorum et centum millibus ſagittariorum et armatorum venientem, octodecim millia militum habens, ita vicit, ut magnam partem Armeniorum deleverit. Inde Niſibin profectus, eam quoque civitatem cum regis fratre cepit. Sed hi, quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitûs parte, ut Regiones victas, etiam Romanorum tuerentur, negligenter ſe et avare agentes, occaſionem iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt, atque ita bellum renovatum eſt. Lucullo paranti, capta Niſibi, contra Perſas expeditionem, ſucceſſor eſt miſſus.

Alter Lucullus, qui Macedoniam adminiſtrabat, Beſſis Romanorum primus intulit bellum, atque eos ingenti praelio in Aemo monte ſuperavit: oppidum Uſcudamam, quod Beſſi habitabant, eodem die quo aggreſſus eſt, vicit: Cabylen cepit; uſque ad Danubium penetravit. Inde multas ſupra Pontum poſitas civitates aggreſſus eſt. Illic Apolloniam evertit, Calatin, Parthenopolin, To-

Clibanariorum] *Hoc genus militum optime deſcripſit Ammianus, qui et ſaepe illos viderat.* Cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſae, thoracum muniti tegminibus, et limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros, quos laminarum circuli tenues, apte corporis flexibus ambiebant, per omnia membra diducti: ut quocumque artus neceſſitas commoviſſet, veſtitus congrueret junctura cohaerenter aptata. *Haec Ammianus, homo Graeculus quidem, ſed, plurimis in locis, non infeliciter Latinus. Ex parte deſcripſit etiam Curtius,* Lib. III. *ſic,* Equi pariter equiteſque Perſarum, ſerie laminarum graves, &c. *Locus Ammiani eſt,* Lib. XVI.

Uſcudamam] *Quae poſtea Adrianopolis dicta eſt, eodem Ammiano teſte. Urbs eſt hodieque nominatiſſima, Turcae* Endrem *vocant, nos* Adrianople.

os, Istrum, Byziam omnem cepit: belloque con-
cto, Romam rediit: ambo tamen triumphave-
nt; Lucullus, qui contra Mithridatem pugna-
rat, majori gloria, cum tantorum regnorum
ctor rediisset.

Confecto bello Macedonico, manente Mithrida-
o, quod, recedente Lucullo, rex collectis auxi-
s reparaverat, bellum Creticum ortum
; ad id missus Caecilius Metellus, in- 684.
ntibus praeliis intra triennium omnem provin-
m cepit, appellatusque est Creticus; atque ex
sula triumphavit. Quo tempore Libya quo-
e Romano imperio per testamentum Apionis,
i rex ejus fuerat, accessit, in qua inclytae civi-
es erant, Berenice, Ptolemais et Cyrene.

Dum haec geruntur, Piratae omnia maria infe-
bant; ita ut navigatio Romanis, toto orbe vic-
ribus, sola tuta non esset. Quare id bellum
haeo Pompeio decretum est: quod intra paucos
enses ingenti felicitate et celeritate confecit.
ox ei delatum bellum etiam contra regem Mi-
ridatem, et Tigranem: quo suscepto, Mithri-
tem in Armenio Minore, nocturno praelio vicit,
tra diripuit: quadraginta millibus ejus occisis,
ginti tantum de exercitu suo perdidit, et duos
turiones. Mithridates cum uxore fugit, et
obus comitibus; neque multo post, cum in suos
viret, Pharnacis filii sui seditione apud milites,
mortem coactus, venenum hausit. Hunc fi-
m habuit Mithridates: periit autem apud Bos-
rum, vir ingentis industriae consiliique. Reg-
vit annos sexaginta: vixit septuaginta duos:
ntra Romanos bellum habuit annos quadra-
nta.

Tigrani deinde Pompeius bellum intulit; ille
ei dedidit, et in castra Pompeii sexto decimo
illiario ab Artaxara venit: ac diadema suum,
m procubuisset ad genua Pompeii, in manibus

ejus collocavit: quod ei Pompeius reposuit, honorificeque eum habitum, regni tamen parte mulctavit, et grandi pecunia: adempta est ei Syria, Phoenice, Sophene, sex millia praeterea talentorum argenti, quae populo Romano daret, quia bellum sine causa Romanis commovisset.

Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit, et eorum regem Orodem ter vicit: postremo per epistolas et munera rogatus, veniam ei ac pacem dedit. Iberiae quoque regem Artacem vicit acie, et in deditionem accepit. Armeniam Minorem Dejotaro Galatiae regi donavit, quia socius belli Mithridatici fuerat. Attalo et Pylaemeni Paphlagoniam reddidit. Aristarchum Colchis regem imposuit. Mox Ituraeos et Arabes vicit: et cum venisset in Syriam, Seleuciam, vicinam Antiochiae civitatem, libertate donavit; eo quod regem Tigranem non recipisset. Antiochensibus obsides reddidit; aliquantum agrorum Daphnensibus dedit, quo lucus ibi spatiosior fieret; delectatus amoenitate loci, et aquarum abundantia.

689. Inde ad Judaeam transgressus, Hierosolymam caput gentis tertio mense cepit, duodecim millibus Judaeorum occisis, caeteris in fidem acceptis. His gestis, in Asiam se recepit, et finem antiquissimo bello dedit.

Marco Tullio Cicerone, C. Antonio Consulibus, anno ab Urbe condita DCLXXXIX, Lucius Sergius Catilina, nobilissimi generis vir, sed ingenii pravissimi, ad delendam patriam conjuravit cum quibusdam, claris quidem, sed audacibus viris. A Cicerone Urbe expulsus est: socii ejus deprehensi, in carcere strangulati sunt. Ab Antonio,

Daphnensibus] *Nobilissimum Antiochiae suburbium, et Apollinis et Dianae veneratione longe celeberrimum erat. Libanus et alii.*

xero Consule, Catilina ipse praelio victus est, et
nterfectus.

Sexcentesimo nonagesimo anno ab Urbe condita,
Junio Silano, et L. Murena Consulibus, Me-
llus de Creta triumphavit: Pompeius de bello
ratico et Mithridatico. Nulla unquam trium-
i pompa similis fuit; ducti sunt ante ejus cur-
m filii Mithridatis, filius Tigranis, et Aristo-
ulus rex Judaeorum: praelata est ingens pecu-
a, auri atque argenti infinitum pondus. Hoc
mpore nullum per orbem terrarum grave bellum
rat.

Anno Urbis conditae DCXCIII, Caius Julius
aesar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo
onsul est factus; decreta est ei Gallia, et Illyri-
m cum legionibus decem. Is primo vicit Hel-
tios, qui nunc Sequani appellantur; deinde vin-
ndo per bella gravissima, usque ad Oceanum
ritannicum processit. Domuit autem annis IX
re omnem Galliam, quae inter Alpes, flumen
hodanum, Rhenum et Oceanum est, et circuitu
atet ad bis et tricies centena millia passuum.
ritannis mox bellum intulit, quibus ante eum ne
omen quidem Romanorum cognitum erat; et
os quoque victos, obsidibus acceptis, stipendiari-
s fecit. Galli autem tributi nomine annuum im-
eravit sestertium quadringenties: Germanosque
ans Rhenum aggressus, immanissimis praeliis
cit. Inter tot successus ter male pugnavit: a-
ud Arvernos semel praesens, et absens in Ger-
ania bis: nam legati ejus duo, Titurius, et
aurunculeius, per insidias caesi sunt.

Circa eadem tempora, anno Urbis conditae
DCXCVII, Marcus Licinius Crassus, collega
Pnaei Pompeii Magni, in Consulatu secundo, con-
ra Parthos missus est: et cum circa Carras con-
ra omina et auspicia dimicâsset, a Surena Orodis
egis duce victus, ad postremum interfectus est

cum filio clarissimo et praestantissimo juvene. Reliquiae exercitus per C. Cassium Quaestorem servatae sunt, qui singulari animo perditas res tanta virtute restituit, ut Persas, rediens, trans Euphratem crebris praeliis vinceret.

Hinc jam bellum civile successit, execrandum et lacrymabile; quo, praeter calamitates quae in praeliis acciderunt, etiam Romani nominis fortuna mutata est. Caesar enim, rediens e Gallia victor, coepit deposcere alterum Consulatum; atque, cum sine dubietate aliqua deferretur, contradictum est a Marcello Consule, a Bibulo, a Pompeio, a Catone: jussusque, dimissis exercitibus, ad Urbem redire: propter quam injuriam ab Arimino, ubi milites congregatos habebat, adversum patriam cum exercitu venit. Consules cum Pompeio, Senatusque omnis, atque universa nobilitas ex Urbe fugit, et in Graeciam transivit: apud Epirum, Macedoniam, Achaiam, Pompeio duce, contra Caesarem bellum paravit.

Caesar, vacuam Urbem ingressus, Dictatorem se fecit, inde Hispanias petiit. Ibi Pompeii exercitus validissimos et fortissimos, cum tribus ducibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone, superavit. Inde reversus, in Graeciam transivit; adversum Pompeium dimicavit; primo praelio victus est, et fugatus; evasit tamen, quia, nocte interveniente, Pompeius sequi noluit; dixitque Caesar, nec Pompeium scire vincere, et illo tantum die se potuisse superari. Deinde in Thessalia apud Palaeopharsalum, productis utrinque ingentibus copiis, dimicaverunt. Pompeii acies habuit XL millia peditum, equitum in sinistro cornu VII millia, et in dextro D, praeterea totius Orientis auxilia, totamque nobilitatem, innumeros Senatores, Praetorios, Consulares, et qui magnorum jam populorum victores fuissent. Caesar in acie sua habuit peditum non integra XXX millia, equites mille,

Nunquam adhuc Romanae copiae in unum, neque majores, neque melioribus ducibus conveneraut, totum terrarum orbem facile subacturae, si contra Barbaros ducerentur: pugnatum tamen est ingenti contentione, victusque ad postremum Pompeius et castra ejus direpta sunt. ipse fugatus Alexandriam petiit, ut a rege Aegypti, cui tutor a Senatu datus fuerat propter juvenilem ejus aetatem, acciperet auxilia. qui fortunam magis quam amicitiam secutus, occidit Pompeium: caput ejus et annulum Caesari misit: quo conspecto, Caesar etiam lacrymas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, et generi quondam sui. 704.

Mox Caesar Alexandriam venit; ipsi quoque Ptolemaeus parare voluit insidias; qua causa regi bellum illatum est: victus, in Nilo periit; invenumque est corpus ejus cum lorica aurea. Caesar, Alexandria potitus, regnum Cleopatrae dedit, Ptolemaei sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat. * Rediens inde Caesar, Pharnacem Mithridatis Magni filium, qui Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto, et multas populi Romani provincias occupantem, vicit acie: postea ad mortem coëgit.

Inde Romam regressus, tertio se Consulem fecit cum M. Aemilio Lepido, qui ei Dictatori Magister equitum ante annum fuerat. Inde in Africam profectus est; ubi infinita nobilitas cum Juba Mauritaniae rege bellum reparaverat. Duces autem Romani erant P. Cornelius Scipio, ex genere antiquissimo Scipionis Africani, (hic etiam socer Pompeii Magni fuerat), M. Petreius, Q. Varus, M. Portius Cato, L. Cornelius Faustus Sullae Dictatoris filius. Contra hos, commisso praelio, post multas dimicationes victor fuit. Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipsi se occiderunt: Faustus Pompei gener a Caesare interfectus est. 706.

Post annum Caesar Romam regressus, quartum se Consulem fecit, et statim ad Hispanias est profectus; ubi Pompeii filii, Cneius et Sextus, ingens bellum reparaverant. Multa praelia fuerunt; ultimum apud Mundam civitatem; in quo adeo Caesar pene victus est, ut, fugientibus suis, se voluerit occidere; ne post tantam rei militaris gloriam, in potestatem adolescentium, natus annos sex et quinquaginta, veniret. Denique, reparatis suis, vicit, et ex Pompei filiis major occisus est, minor fugit.

Inde Caesar, bellis civilibus toto orbe compositis, Romam rediit; agere insolentius coepit, et contra consuetudinem Romanae libertatis. Cum ergo et honores ex sua voluntate praestaret, qui a populo antea deferebantur, nec Senatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia ac pene tyrannica faceret, conjuratum est in eum a LX vel amplius Senatoribus Equitibusque Romanis. Praecipui fuerant inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui primus Romae Consul fuerat, et reges expulerat; C. Cassius, et Servilius Gasca. Ergo Caesar, cum Senatus die quadam inter caeteros venisset ad curiam, tribus et viginti vulneribus confossus est.

LIBER VII.

ANNO Urbis DCC fere ac nono, interfecto Caesare, bella civilia reparata sunt; percussoribus enim Caesaris Senatus favebat. Antonius Consul, partium Caesaris, civili bello opprimere eos conabatur. Ergo turbata republica multa Antonius scelera committens, a Senatu hostis judicatus est; missi ad eum persequendum duo Consules Pansa et Hirtius, et Octavianus adolescens, annos XVIII natus, Caesaris nepos, quem ille testamento haere-

em reliquerat, et nomen suum ferre jusserat; ic est qui postea Augustus est dictus, et rerum otitus. Quare profecti contra Antonium tres uces, vicerunt eum. Evenit tamen ut victores Consules ambo morerentur: quare tres exercitus ni Caesari paruerunt.

Fugatus Antonius, amisso exercitu, confugit ad Lepidum, qui Caesari Magister equitum fuerat, et tum copias militum grandes habebat; a quo susceptus est. Mox Lepido operam dante, Caesar cum Antonio pacem fecit: et quasi vindicaturus patris sui mortem, a quo per testamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus est: extorsitque ut sibi XX anno Consulatus daretur. Senatum proscripsit cum Antonio et Lepido, et rempublicam armis tenere coepit; per hos etiam Cicero orator occisus est, multique alii nobiles.

Interea Brutus et Cassius, interfectores Caesaris, ingens bellum moverunt; erant enim per Macedoniam et Orientem multi exercitus, quos occupaverunt. Profecti igitur contra eos Caesar Octavianus Augustus et M. Antonius, (remanserat enim ad defendendam Italiam Lepidus) apud Philippos, Macedoniae urbem, contra eos pugnaverunt. Primo praelio victi sunt Antonius et Caesar: periit tamen dux nobilitatis Cassius: secundo, Brutus et infinita nobilitas, quae cum illis bellum gesserat: ac sic inter eos divisa est republica, ut Augustus Hispanias, Gallias, Italiam teneret; Antonius Asiam, Pontum, Orientem. Sed intra Italiam, L. Antonius Consul bellum civile 711.
commovit, frater ejus qui cum Caesare contra Brutum et Cassium dimicaverat, is apud Perusiam Tusciae civitatem victus et captus est, nequo occisus.

Interim a Sexto Pompeio, Cnei Pompei Magni filio, ingens bellum in Sicilia commotum est, his, qui superfuerant ex partibus Bruti Cassiique, ad

eum confluentibus. Bellatum per Caesarem Augustum Octavianum et M. Antonium, adversus Sextum Pompeium: pax postremo convenit.

Eo tempore M. Agrippa in Aquitania
714. rem prospere gessit, et L. Ventidius Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus praeliis vicit. Pacorum regis Orodis filium interfecit, eo ipso die quo olim Orodes Persarum rex, per ducem Surenam, Crassum occiderat. Hic primus de Parthis justissimum triumphum Romae egit.

Interim Pompeius pacem rupit: et navali praelio victus, fugiens ad Asiam, interfectus est. Antonius, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata sorore Caesaris Augusti Octaviani, Cleopatram reginam Aegypti duxit uxorem. Contra Persas ipse etiam pugnavit: primis eos praeliis vicit; regrediens tamen, fame et pestilentia laboravit: et cum instarent Parthi fugienti, ipse pro victo recessit.

Hic quoque ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra regina Aegypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in Urbe regnare. Victus est ab Augusto, navali pugna clara et illustri, apud Actium, qui locus in Epiro est: ex qua fugit in Aegyptum; et, desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transirent, ipse se inte-
722. remit. Cleopatra sibi aspidem admisit, et veneno ejus extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adjecta est: praepositusque ei est Cnaeus Cornelius Gallus: hunc primum Aegyptus Romanum judicem habuit.

Ita, bellis toto orbe confectis, Octavianus Augustus Romam rediit, XII anno postquam Consul fuerat. Ex eo rempublicam per XLIV annos

Ipse pro victo recessit] *In aliis editionibus pessime scriptum fuit*, pro victoria cessit.

lus obtinuit; ante enim XII annis cum Antonio et Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus ius usque ad finem LVI anni fuerunt. Obiit autem LXXVI anno, morte communi, in oppido Campaniae Atella. Romae in Campo Martio sepultus est; vir qui non immerito ex maxima parte deo similis est putatus; neque enim facile ullus aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior. XLIV annis, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit: in cunctos liberalissimus, in amicos fidissimus: quos tantis evexit honoribus, ut pene aequaret fastigio suo.

Nullo tempore ante eum res Romana magis floruit; nam, exceptis civilibus bellis, in quibus invictus fuit, Romano adjecit imperio Aegyptum, Cantabriam, Dalmatiam saepe ante victam, sed penitus tuno subactam; Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Rhaetiam, Vindelicos, et Salassos in Alpibus, omnes Ponti maritimas civitates: in his nobilissimas, Bosporum et Panticapaeon. Vicit autem praeliis Dacos; Germanorum ingentes copias fecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium submovit, qui in Barbarico longe ultra Rhenum est: hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit; sicut per Tiberium privignum alterum, Pannonicum, quo bello CCCC millia captivorum ex Germania transtulit, et super ripam Rheni in Gallia collocavit. Armeniam a Parthis recepit; obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt: reddiderunt etiam signa Romana, quae Crasso victo ademerant.

Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera et legatos ad eum miserunt. Galatia quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuisset; primusque eum M. Lollius pro Praetore administravit. Tanto

In Barbarico] *Sic vocat interiorem Germaniam.*

autem amore etiam apud Barbaros fuit, ut reges, populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Caesareas nominarent: sicut in Mauritania a rege Juba, et in Palaestina, quae nunc est urbs clarissima. Multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur: et habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt. Moriens Divus appellatus est. Rempublicam beatissimam Tiberio Successori reliquit; qui privignus ejus, mox gener, postremo adoptione filius fuerat.

Tiberius ingenti socordia imperium gessit, gravi crudelitate, scelesta avaritia, turpi libidine: nam nusquam ipse pugnavit; bella per legatos suos gessit; quosdam reges ad se per blanditias evocatos nunquam remisit, in queis Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in provinciae formam redegit, et maximam civitatem appellari suo nomine jussit: quae nunc Caesarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur. Hic tertio et vigesimo imperii anno, aetatis LXXVIII, ingenti omnium gaudio mortuus est in Campania.

Successit ei Caius Caesar, cognomento Caligula, Drusi privigni Augusti, et ipsius Tiberii nepos: sceleratissimus ac funestissimus; et qui e-
745. tiam Tiberii dedecora purgaverit. Bellum contra Germanos suscepit: et ingressus Sueviam, nihil strenue fecit. Stupra sororibus intulit, ex una etiam natam filiam agnovit. Cum adversum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate saeviret, interfectus in Palatio est, anno aetatis suae XXIX, imperii III, mense X, dieque VIII.

Post hunc Claudius fuit, patruus Caligu-
A. C. lae, Drusi, qui apud Moguntiacum monu-
42. mentum habet, filius: cujus et Caligula nepos erat. Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter atque insulse. Britanniae intulit bellum, quam nul-

s Romanorum post Julium Caesarem attigerat: que devicta per Cnaeum Sentium et Aulum antium, illustres et nobiles viros, triumphum lebrem egit. Quasdam insulas etiam ultra Brinniam in Oceano positas, Romano imperio addit, quae appelluntur Orcades: filioque suo Brinnici nomen imposuit. Tam civilis autem rca quosdam amicos extitit, ut etiam Plautium obilem virum, qui in expeditione Britannica mul- ac egregia fecerat, triumphantem ipse prosequetur, et conscendenti Capitolium laevus inederet. Is vixit annos LXIV, imperavit XIV, ost mortem consecratus est, Divusque appelatus.

Successit huic Nero, Caligulae avunculo suo sinillimus, qui imperium Romanum et deformavit t diminuit: inusitatae luxuriae sumptuumque, lt qui, exemplo Caii Caligulae, calidis et frigidis e lavaret unguentis, retibus aureis piscaretur, uae blatteis funibus extrahebat. Infinitam parem Senatus interfecit; bonis omnibus hostis fuit: d postremum se tanto dedecore prostituit, ut saltaret et cantaret in scena, citharaedico habitu vel ragico: parricidia multa commisit, fratre, uxore, matre interfectis: urbem Romam incendit, ut pectaculi ejus imaginem cerneret, quali olim Troia capta arserat. In re militari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit. Nam duo sub hoc nobilissima oppida capta illic atque eversa sunt: Armeniam Parthi sustulerunt, legionesque Romanas sub iugum miserunt. Duae tamen provinciae sub eo

In Nerone, Blatteis funibus] *Blatteus est purpureus non autem coccineus. Erravit itaque Xiphilinus et Joannes Antiochenus. Saepe apud Anastasium, qui vitas Pontificum Maximorum scripsit, legere est* de blattim, *quod nihil aliud est quam de purpura.*

factae sunt; Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone; et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto.

Propter haec Romano orbi execrabilis, ab omnibus simul destitutus, et a Senatu hostis judicatus, quum quaereretur ad poenam (quae poena erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inserta, virgis usque ad mortem caederetur, atque ita praecipitaretur de saxo) e palatio fugit, et in suburbano se liberti sui, quod est inter Salariam et Nomentanam viam, ad quartum Urbis milliarium, interfecit. Is aedificavit Romae thermas, quae ante Neronianae dictae, nunc Alexandrinae appellantur. Obiit trigesimo et altero aetatis anno, imperii XIV, atque in eo omnis familia Augusti consumpta est.

68. Huic Ser. Galba successit, antiquissimae nobilitatis Senator, cum LXXIII annum ageret aetatis, ab Hispanis et Gallis Imperator electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus est. Nam privata ejus vita insignis fuerat militaribus et civilibus rebus; saepe Consul, saepe Proconsul, frequenter dux in gravissimis bellis. Hujus breve imperium fuit, et quod bona haberet exordia, nisi ad severitatem propensior videretur. Insidiis tamen Othonis occisus est, imperii mense septimo; jugulatus in foro Romae, sepultusque in hortis suis, qui sunt Aurelia via, non longe ab urbe Roma.

Otho, occiso Galba, invasit imperium; materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obscuro: in privata vita mollis, in imperio documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius factus esset a Germanicianis exer-

Alexandrinae] *De nomine Alexandri imperatoris, cujus vitam inferius habebis.*

itibus Imperator, bello contra eum suscepto, cum apud Bebriacum in Italia levi praelio victus esset, ingentes tamen copias haberet, sponte semetipsum occidit, petentibus militibus, ne tam cito de belli desperaret eventu, cum tanti non esse dixisset, ut propter eum civile bellum commoveretur; voluntaria morte obiit, trigesimo et octavo aetatis anno, nonagesimo et quinto imperii die.

Dein Vitellius imperio potitus est, familia honorata magis quam nobili: nam pater ejus non admodum clare natus, tres tamen ordiniaros gesserat Consulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, et gravi saevitia notabilis, praecipue ingluvie et voracitate: quippe cum de die saepe quarto vel quinto feratur epulatus. Notissima certe caena memoriae mandata est, quam ei Vitellius frater exhibuit; in qua super caeteros sumptus, duo millia piscium, septem avium millia apposita traduntur. Hic cum Neroni similis esse vellet, atque id adeo prae se ferret, ut etiam exsequias Neronis, quae humiliter sepultae fuerant, honoraret; a Vespasiani ducibus occisus est, interfecto prius Sabino Vespasiani Imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit. Interfectus autem, et magno cum dedecore tractus per urbem Romam publice, nudus,

In Othone, Beboriacum] *Seu Boariacum, seu Bebriacum, seu denique Betriacum scribas, perinde est. Situs autem loci Cremonam inter et Veronam fuit*, Tacit.

In Vitellio, Ordinarios consulatus] *Cum quis in locum alterius non sufficiebatur in reliquam anni partem; sed Kalendis Januariis honorem inibat, et anno nomen dabat.*

Exsequias Neronis quae humiliter sepultae erant] *Infra etiam sic loquutus est*, Exsequias revexit; *Sed utrobique errorem esse arbitror, scribendumque*, reliquias. *Sunt autem* reliquiae *ossa seu cineres, at*, exsiquiae *longe aliud: neque ita loqui mos est.*

erecta coma et capite, subjecto ad mentum gladio, stercore in vultum et pectus ab omnibus obviis appetitus: postremo jugulatus, et in Tiberim dejectus, etiam communi caruit sepultura. Periit autem aetatis anno septimo et quinquagesimo, imperii mense VIII, et die uno.

Vespasianus huic successit, factus apud Palaestinam Imperator: princeps obscure quidem natus, sed optimis comparandus; privata vita illustris, ut qui a Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam missus, tricies et bis cum hoste conflixerit: duas validissimas gentes, XX oppida, insu-
70. lam Vectam Britanniae proximam imperio Romano adjecerit. Romae se in imperio moderatissimae gessit: pecuniae tamen avidior fuit, ita ut eam nulli injuste auferret: quam cum omni diligentiae provisione colligeret, tamen studiosissime largiebatur, praecipue indigentibus: nec facile ante eum cujusquam principis vel major est liberalitas comperta, vel justior; placidissimae bonitatis, ut qui majestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exsilii poenam. Sub hoc Judea Romano accessit imperio: et Hierosolyma, quae fuit urbs clarissima Palaestinae: Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quae liberae ante hoc tempus fuerant; item Thraciam, Ciliciam, Comagenen, quae sub regibus amicis erant, in Provinciarum formam redegit.

Offensarum et inimicitiarum immemor fuit; convicia a causidicis et philosophis in se dicta, leniter tulit, diligens tamen coërcitor disciplinae militaris. Hic cum Tito filio de Hierosolymis triumphavit. Per haec cum Senatui et populo, postremo cunctis amabilis ac jucundus esset, profluvio ventris extinctus est in villa propria, circa Sabinos, annum aetatis agens LXIX, imperii nonum, et diem septimum: atque inter Divos relatus est. Genituram filiorum ita cognitam ha-

uit, ut, cum multae contra eum conjurationes erent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in Senatu dixerit; aut filios sibi successoros, aut neminem.

Huic Titus filius successit, qui et ipse Vespasianus est dictus; vir omnium virtutum genere mirabilis; adeo ut amor et deliciae humani generis diceretur; facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus: causas Latine egit: poemata et tragoedias Graece composuit. In oppugnatione Hierosolymorum sub patre militans, XII propugnatores XII sagittarum ictibus confixit. Romae tantae civilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret; convictos adversum sese conjurationis ita demiserit, ut in eadem familiaritate, qua antea, habuerit. Facilitatis tantae fuit et liberalitatis, ut nulli quidquam negaret: et cum ab amicis reprehenderetur, respondit; Nullum tristem debere ab Imperatore discedere. Propterea cum quadam die in coena recordatus fuisset, nihil se illo die cuiquam praestitisse, dixit; O amici, hodie diem perdidi. Hic Romae amphitheatrum aedificavit, et quinque millia ferarum in dedicatione ejus occidit. 79.

Per haec, inusitato favore dilectus, morbo periit, in ea qua pater villa, post biennium, menses octo, dies XX, quam Imperator erat factus, aetatis anno altero et XL. Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tanquam in propria doluerint orbitate. Senatus, obitu ipsius circa vesperam nuntiato, nocte irrupit in Curiam: et tantas ei mortuo gratias laudesque congessit, quantas nec vivo unquam egerat, nec praesenti. Inter Divos relatus est.

Domitianus mox accepit imperium, frater ipsius junior; Neroni, aut Caligulae, aut Tibero similior, quam patri vel fratri suo, primis tamen annis moderatus in imperio fuit: mox 81.

ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiae, crudelitatis, avaritiae, tantum in se odium concitavit, ut merita et patris et fratris aboleret. Interfecit nobilissimos ex Senatu. Dominum se et Deum primus appellari jussit: nullam sibi nisi auream et argenteam statuam in Capitolio poni passus est; consobrinos suos interfecit; superbia quoque in eo execrabilis fuit.

Expeditiones quatuor habuit, unam adversus Sarmatas, alteram adversus Cattos, duas adversum Dacos. De Dacis Cattisque duplicem quidem triumphum egit; de Sarmatis solam lauream usurpavit. Multas quidem calamitates iisdem bellis passus est; nam in Sarmatia legiones ejus cum duce interfectae: et a Dacis Appius Sabinus Consularis, et Cornelius Fuscus Praefectus Praetorio, cum magnis exercitibus occisi sunt. Romae quoque multa opera fecit; in his Capitolium et Forum Transitorium, Odeum, Porticum, Iseum ac Serapeum, et Stadium. Verum cum ob scelera universis exosus esse coepisset, interfectus est suorum conjuratione in Palatio, anno aetatis XLV, imperii quinto decimo. Funus ejus cum ingenti dedecore per vespillones exportatum, et ignobiliter est sepultum.

LIBER VIII.

ANNO octingentesimo et quinquagesimo ab Urbe condita, Vetere et Valente Consulibus, respublica ad prosperrimum statum rediit, bonis principibus ingenti felicitate commissa. Domitiano enim exitiali tyranno Nerva successit,
90. vir in privata vita moderatus et strenuus, nobilitatis mediae, qui senex admodum, operam dante Petronio Secundo Praefecto Praetorio, item Parthenio interfectore Domitiani, Imperator factus, aequissimum se et civilissimum praebuit. Rei-

ublicae divina provisione consuluit, Trajanum a-
ptando. Mortuus est Romae, post annum et qua-
or menses imperii sui, ac dies octo: aetatis LXX
altero anno, atque inter Divos relatus est.

Successit ei Ulpius Trajanus Crinitus, na
s Italicae in Hispania, familia antiqua 98.
agis quam clara: nam pater ejus primum Consul
it. Imperator autem apud Agrippinam civitatem
Galliis factus est. Rempublicam ita administra-
t, ut omnibus principibus merito praeferatur. In-
tatae civilitatis et fortitudinis fuit. Romani im-
rii, quod post Augustum defensum magis fuerat
nam nobiliter ampliatum, fines longe lateque dif-
dit: urbes trans Rhenum in Germania reparavit:
aciam, Decibalo victo, subegit, provincia trans
anubium facta in his agris, quos nunc Taiphali
bent, et Victophali, et Thervingi. Ea provin-
a decies centena millia in circuitu tenet.

Armeniam, quam occupaverant Parthi, recepit,
harnace Syro occiso, qui eam tenebat. Albanis
gem dedit. Iberorum regem et Sauromatarum,
Bosporonorum, et Arabum, et Osdroënorum, et
olchorum in fidem accepit; Adiabenos, et Mar-
omedos occupavit: et Anthemusium magnam
ersidis regionem, Seleuciam et Ctesiphontem, Ba-
lonem et Edessios vicit ac tenuit; usque ad In-
iae fines et mare Rubrum accessit: atque ibi tres
ovincias fecit, Armeniam, Assyriam, Mesopota-
piam, cum his gentibus quae Macedenam attin-

In Trajano, Pharnace Syro] *Corrige, nam error*
t. Parthamaspate. *Vide notas doctissimorum hominum*
d historiam Augustam.

Marchomedos] *Credibile est legendum*, Mardome-
os, *in Assyria.*

Macedenam] *In aliis editionibus legitur* Macedo-
iam, *quae fortasse praefectura in Mesopotamia fuerat,*
amen nostram lectionem praetulerim.

gunt. Arabiam postea in provinciae formam redegit; in mari Rubro classem instituit, ut per eam Indiae fines vastaret.

Gloriam tamen militarem civilitate et moderatione superavit, Romae et per provincias aequalem se omnibus exhibens; amicos salutandi gratia frequentans, vel aegrotantes, vel cum festos dies habuissent, convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens, saepe in vehiculis eorum sedens, nullum Senatorum laedens, nihil injustum ad augendum fiscum agens; liberalis in cunctos, publice privatimque ditans omnes et honoribus augens, quos vel mediocri familiaritate cognovisset: orbem terrarum aedificans, multas immunitates civitatibus tribuens; nihil non tranquillum et placidum agens; adeo ut omni ejus aetate unus tantum Senator damnatus sit; at is tamen per Senatum ignorante Trajano. Ob hoc per orbem terrarum Deo proximus, nihil non venerationis meruit et vivus et mortuus.

Inter alia dicta hoc ipsius fertur egregium: amicis enim culpantibus, quod nimis circa omnes comis esset, respondit; Talem se Imperatorem esse privatis, quales esse sibi Imperatores privatus optâsset. Post ingentem igitur gloriam belli domique quaesitam e Perside rediens, apud Seleuciam Isauriae profluvio ventris extinctus est. Obiit autem aetatis anno LXII, mense nono, et die quarto: imperii anno XIX, mense VI, die XV. Inter Divos relatus est, solusque omnium intra Urbem sepultus. Ossa ejus collocata in urna aurea, in foro quod ae-

Orbem terrarum aedificans] *Id est, passim opera publica exstruens.*

Respondit; Talem se Imperatorem esse privatis, quales esse sibi Imperatores privatus optâsset] *Leg.* Talem se Imperatorem esse privatis *velle*, quales, &c.

ficavit ſub columna ſita ſunt, cujus altitudo XLIV pedes habet. Hujus tantum memoriae latum eſt, ut uſque ad noſtram aetatem non alir in Senatu principibus acclametur, niſi, Felicior uguſto, Melior Trajano. Adeo in eo gloria bonitis obtinuit, ut vel aſſentantibus, vel vere laudanbus, occaſionem magnificentiſſimi praeſtet exemli.

Defuncto Trajano, Aelius Adrianus creus eſt princeps; ſine aliqua quidem vontate Trajani, ſed operam dante Plotina Trajani xore; nam eum Trajanus, quanquam conſobriae filium, vivens noluerat adoptare. Natus et ip- Italicae in Hiſpania, qui Trajani gloriae invins ſtatim provincias tres reliquit, quas Trajanus diderat; et de Aſſyria, Meſopotamia, et Armeia revocavit exercitus; ac finem imperii eſſe voit Euphratem. Idem de Dacia facere conatum mici deterruerunt; ne multi cives Romani Barbaris traderentur: propterea quod Trajanus, victa Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eo copias ominum tranſtulerat, ad agros et urbes colendas. Dacia enim diuturno bello Decibali viris fuerat exauſta. 117.

Pacem tamen omni tempore imperii ſui habuit; emel tantum per praeſidem dimicavit: orbem Romanum circumivit, et multa aedificavit. Facunliſſimus Latino ſermone, Graeco eruditiſſimus fuit: Non magnam clementiae gloriam habuit; diligenſſimus tamen circa aerarium, et militum diſciplam. Obiit in Campania, major ſexagenario, imperii anno XXI, menſe X, die XXIX. Senatus i tribuere noluit divinos honores; tamen cum ſucceſſor ipſius Titus Aurelius Fulvius Antoninus hoc vehementer exigeret, et univerſi Senatores palam reſiſterent, tandem obtinuit.

In Adriano, Idem de Dacia facere conatum] *Id eſt, cogitantem.* Cicero, Terentius.

131. Ergo Adriano successit T. Antoninus Fulvius Boionius, idem etiam Pius nominatus; genere claro, sed non admodum vetere; vir insignis, et qui merito Numae Pompilio conferatur; ita ut Romulo Trajanus aequetur. Vixit ingenti honestate privatus; majori, in imperio; nulli acerbus, cunctis benignus: in re militari moderata gloria, defendere magis provincias quam amplificare studens; viros justissimos ad administrandam rempublicam quaerens; bonis honorem habens, improbos sine aliqua acerbitate detestans: regibus amicis venerabilis non minus quam terribilis, adeo ut Barbarorum plurimae nationes, depositis armis, ad eum controversias suas litesque deferrent, sententiaeque ejus parerent. Hic ante imperium ditissimus, opes quidem suas stipendiis militum, et circa amicos liberalitatibus minuit; verum aerarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus est. Obiit apud Lorium villam suam, milliario ab Urbe XII, vitae anno LXXIII, imperii XXIII; atque inter Divos relatus est, et merito consecratus.

Post hunc imperavit M. Antoninus Verus; haud dubie nobilissimus: quippe cum ejus origo paterna a Numa Pompilio, materna a Salentino rege penderet: et cum eo L. Annius Antoninus Verus; tumque primum Romana respublica duobus, aequo jure imperium administrantibus, paruit; cum usque ad eos singulos semper habuisset Augustos.

Hi et genere inter se conjuncti fuerunt, et affinitate: nam Verus Annius Antoninus M. Antonini filiam in matrimonium habuit: M. autem Antoninus gener Antonini Pii fuit, per uxorem Galeriam Faustinam juniorem consobrinam suam. Hi bellum contra Parthos gesserunt; qui post victoriam Trajani tum primum rebellaverant. Verus Antoninus ad id profectus est: qui Antiochiae et circa Armeniam agens, multa per duces et ingentia pa-

vit: Seleuciam Assyriae urbem nobilissimam cum L millibus hominum cepit: Parthicum triumum revexit; cum fratre eodemque socero triphavit. Obiit tamen in Venetia, cum a Condia civitate Altinum proficisceretur, et cum fra in vehiculo sederet, subito sanguine ictus, casu orbi quem Graeci ἀπόπληξιν vocant; vir innii parum civilis; reverentia tamen fratris nihil quam atrox ausus. Cum obiisset XI imperii an, inter Divos relatus est.

Post eum Marcus Antoninus solus rempublicam nuit, quem mirari facilius quis quam laudare poss. A principio vitae tranquillissimus: adeo ut in fantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex oerore mutaret. Philosophiae deditus Stoicae; se etiam non solum vitae moribus, sed etiam editione philosophus; tantae admirationis adhuc venis, ut eum successorem paraverit Adrianus reinquere; adoptato tamen Antonino Pio, generum se ei idcirco voluerit, ut hoc ordine ad imperium erveniret.

Institutus est ad Philosophiam per Apollonium halcedonium; ad scientiam Graecarum literarum er Sextum Chaeronensem, Plutarchi nepotem. atinas autem literas eum Fronto orator nobilissimus docuit. Hic cum omnibus Romae aequo jue egit, ad nullam insolentiam elatus imperii fastu: beralitatis promptissimae, provincias ingenti beignitate et moderatione tractavit. Contra Germas, eo principe, res feliciter gestae sunt. Bellum se unum gessit Marcomannicum: sed quantum ulla memoria fuit, adeo ut Punicis conferatur; am eo gravius est factum, quod universi exercias Romani perierant: sub hoc enim tantus casus estilentiae fuit, ut post victoriam Persicam, Roae ac per Italiam provinciasque, maxima homium pars, militum omnes fere copiae languore deecerint.

Ingenti ergo labore et moderatione, cum apud Carnuntum jugi triennio perseverâsset, bellum Marcommanicum confecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatae, Suevi, atque omnis Barbaria commoverat: multa hominum millia interfecit: ac Pannoniis servitio liberatis, Romae rursus cum Commodo Antonino filio suo, quem jam Caesarem fecerat, triumphavit. Ad hujus belli sumptum, cum, aerario exhausto, largitiones nullas haberet, neque indicere provincialibus aut Senatui aliquid vellet, instrumentum regii cultus, facta in foro Divi Trajani sectione, distraxit: vasa aurea, pocula chrystallina et murrhina, uxoriam ac suam sericam ac auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses venditio habita est, multumque auri redactum. Post victoriam tamen emptoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerunt: molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere.

Hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu quo ipse, et ministris similibus exhiberent. In editione munerum post victoriam adeo magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuisse tradatur. Cum igitur fortunatam Rempublicam et virtute et mansuetudine reddidisset, obiit XVIII imperii anno, vitae LXI, et omnibus certatim adnitentibus, intra Divos relatus est.

180. Hujus successor L. Antoninus Commodus, nihil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter et ipse pugnavit. Septembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est, ut Commodus diceretur; sed luxuria et obscoenitate depravatus, gladiatoriis armis saepissime

In Marco Antonino, Et ministris similibus] *Melius* minesteriis similibus, *ut memini legere apud Capitolinum, quem hic ante oculos habebat Eutropius.*

udo, deinceps etiam in amphitheatro cum hu-
nodi hominibus ſaepe dimicavit. Obiit morte
ita, adeo ut ſtrangulatus, vel veneno inter-
tus putaretur, cum annos XII poſt patrem, et
II menſes imperâſſet, tanta exſecratione om-
m, ut hoſtis humani generis etiam mortuus
icaretur.

Huic ſucceſſit Pertinax, grandaevus
, ut qui ſeptuagenariam attigiſſet ae- 192.
m; praefecturam Urbe tum agens ex S. C.
perare juſſus. Octogeſimo imperii die Prae-
anorum militum ſeditione, et Juliani ſcelere
iſus eſt.

Poſt eum Salvius Julianus Rempubli-
m invaſit, vir nobilis, et juris peritiſſi- 193.
us; nepos Salvii Juliani, qui ſub Divo Adriano
petuum compoſuit edictum. Victus eſt a Se-
o apud Mulvium pontem, interfectus in Pala-
: vixit menſibus ſeptem, poſtquam coeperat
perare.

Hinc imperii Romani adminiſtrationem
timius Severus accepit, oriundus ex A- 194.
ca, provincia Tripolitana, oppido Lepti: ſolus,
ni memoria et ante et poſtea, ex Africa Impe-
or fuit. Hic primum fiſci advocatus, mox
litaris Tribunus, per multa deinde ac varia of-
a atque honores, uſque ad adminiſtrationem
ius reipublicae pervenit. Pertinacem ſe appel-
i voluit, in honorem ejus Pertinacis, qui a Ju-
no fuerat occiſus. Parcus admodum fuit, na-
a ſaevus: bella multa et feliciter geſſit. Pe-
nnium Nigrum, qui in Aegypto et Syria re-
laverat, apud Cyzicum interfecit. Parthos vi-
: Arabas eo uſque ſuperavit, ut etiam provin-
m ibi faceret; idcirco Parthicus et Arabicus
tus eſt. Multa toto Romano orbe reparavit.
b eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo
ertinace ſocius fuerat Juliano, Caeſarem ſe in

Gallia fecit, victusque apud Lugdunum est et interfectus.

Severus autem praeter bellicam gloriam, etiam civilibus studiis clarus fuit, et literis doctus, Philosophiae scientiam ad plenum adeptus. Novissimum bellum in Britannia habuit: utque receptas provincias omni securitate muniret, vallum per XXXII millia passuum a mari ad mare deduxit. Decessit Eboraci admodum senex, imperii anno XVIII, mense IV, et Divus appellatus est: nam filios duos successores reliquit Bassianum et Getam; sed Bassiano Antonini nomen a Senatu voluit imponi; itaque dictus est M. Aurelius Antoninus Bassianus; patrique successit: nam Geta hostis publicus judicatus, confestim periit.

221. Marcus igitur Aurelius Antoninus Bassianus, idemque Caracalla, morum fere paternorum fuit, paulo asperior, et minax. Opus Romae egregium fecit lavacri, quae Antoninianae appellantur; nihil praeterea memorabile. Impatiens libidinis, ut qui novercam suam Juliam uxorem duxerit. Defunctus est in Osdroëne apud Edessam, moliens adversum Parthos expeditionem, anno imperii VI, mense II, vix egressus aetatis XLIII annum; funere publico elatus est.

218. Opilius deinde Macrinus, qui Praefectus Praetorio erat, cum filio Diadumeno facti

In Bassiano, Idemque Caracalla] *Graecis et Latinis quibusdam* Caracallus.

Opus lavacri, quae Antoninianae appellantur] *Istud*, lavacri, *mihi suspectum est, et glossema puto fortasse scriptum ab Eutropio fuit*, opus THERMARUM, quae Antoninianae, &c.

In Macrino, Cum filio Diadumeno] *In nummis veteribus dicitur etiam Diadumenianus, ut Hermogenes, Hermogenianus.*

nperatores, nihil memorabile ex temporis brevi-
te gesserunt: nam imperium eorum duûm men-
m et unius anni fuit: seditione militari ambo
riter occisi sunt.

Creatus est post hos M. Aurelius Anto-
nus: hic Antonini Caracallae filius puta- 219.
tur; sacerdos autem Heliogabili templi erat.
cum Romam ingenti et militum et Senatûs
pectatione venisset, probris se omnibus con-
minavit. Impudicissime et obscoenissime vixit,
nnioque post et VIII mensibus tumultu in-
rfectus est militari, et cum eo mater Semia
ra.

Successit huic Aurelius Alexander; ab
ereitu Caesar, a Senatu Augustus nomi- 222.
tus, juvenis admodum: susceptoque adversus
rsas bello, Xerxem eorum regem gloriosissime
cit; militarem disciplinam severissime rexit;
asdam tumultuantes legiones integras exauctó-
it. Assessorem habuit, vel scrinii magistrum,
pianum juris conditorem. Romae quoque fa-
abilis fuit. Periit in Gallia, militari tumultu,
III imperii anno, et die VIII, in matrem suam
ammaeam unice pius.

LIBER IX.

POST hunc Maximinus ex corpore
militari primus ad imperium accessit, 235.
militum voluntate, cum nulla Senatûs inter-
isset auctoritas, neque ipse Senator esset. Is,
o adversus Germanos feliciter gesto, cum a mi-

Semia] *Herodiano et aliis dicitur* Soaemis. *Cae-
am de voce Heliogabalus, seu, aut scribi oportet,* E-
balus *vide quae scripta fuere ab illustrissimo amico
harto, et quae a Seldeno dicta sunt.*

litibus esset Imperator appellatus, a Pupieno Aquileiae occisus est, deferentibus eum militibus suis, cum filio adhuc puero; cum quo imperaverat triennio, et paucis diebus.

Postea tres simul Augusti fuerunt, Pupienus, Balbinus, et Gordianus: duo superiores obscurissimo genere: Gordianus nobilis: quippe cujus pater senior Gordianus, consensu militum, cum
238. Proconsulatum Africae gereret. Maximino imperante, Princeps fuisset electus. Itaque cum Romam venissent Balbinus et Pupienus, in Palatio interfecti sunt; soli Gordiano imperium reservatum. Gordianus, admodum puer, cum Tranquillinam Romae duxisset uxorem, Janum Geminum aperuit; et ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui jam moliebantur erumpere, quod quidem mox feliciter gessit, praeliisque ingentibus Persas afflixit. Rediens haud longe a Romanis finibus interfectus est fraude Philippi, qui post eum imperavit. Miles ei tumultum XX milliario a Circesso, quod castrum nunc Romanorum est, Euphrati imminens, aedificavit; exsequias Romam revexit; ipsum Divum appellavit.

Philippi duo, filius et pater, Gordiano
244. occiso, imperium invaserunt: atque exercitu incolumi reducto, ad Italiam e Syria profecti sunt. His imperantibus, millesimus annus Romae urbis ingenti ludorum apparatu spectaculorumque celebratus est. Ambo deinde ab exercitu interfecti sunt: senior Philippus Veronae, Romae junior. Annis V imperaverunt; inter Divos tamen relati sunt.

Post hos Decius e Pannonia inferiore
250. Bubaliae natus, imperium sumpsit. Bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppressit; filium suum Caesarem fecit. Romae lavacrum aedificavit. Cum biennio ipse et filius ejus

imperâssent, uterque in Barbarico interfecti sunt, et inter Divos relati.

Mox imperatores creati sunt, Gallus Hostilianus, et Galli filius Volusianus. Sub his Aemilianus in Moesia res novas molitus est: ad quem opprimendum cum ambo profecti essent, Interamnae interfecti sunt, non completo biennio; nihil omnino clarum gesserunt. Sola pestilentia, et morbis, atque aegritudinibus notus eorum principatus fuit.

Aemilianus obscurissime natus obscurius imperavit; ac tertio mense extinctus est.

Hinc Licinius Valerianus in Rhaetia et Norico agens, ab exercitu Imperator, et mox Augustus est factus. Gallienus quoque Romae a Senatu Caesar est appellatus. Horum imperium Romano nomini perniciosum, et pene exitiabile fuit, vel infelicitate principum, vel ignavia. Germani Ravennam usque venerunt. Valerianus, in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore Persarum rege superatus est: mox etiam captus, apud Parthos ignobili servitute consenuit. 253.

Gallienus, cum adolescens factus esset Augustus, imperium primum feliciter, mox commode, ad ultimum perniciose gessit. Nam juvenis in Gallia et Illyrico multa strenue fecit, occiso apud Mursam Ingenuo, qui purpuram sumpserat, et Trebelliano. Diu placidus et quietus: mox in omnem laciviam dissolutus, tenendae reipublicae habenas probrosa ignavia et desperatione relaxavit. Alamanni, vastatis Galliis, in Italiam irruperunt. Dacia, quae a Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, amissa est. Graecia, Macedonia, Pontus, Asia, vastata per Gothos. Pannonia a Sarmatis Quadisque populata est: Germani usque ad Hispanias penetraverunt, et civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt. Parthi, Me-

ſopotamia occupata, Syriam ſibi coeperunt vindicare.

Tum jam deſperatis rebus, et deleto pene imperio Romano, Poſthumus in Gallia, obſcuriſſime natus, purpuram ſumpſit: et per annos decem ita imperavit, ut conſumptas pene provincias ingenti virtute et moderatione reparaverit; qui ſeditione militum interfectus eſt, quod Moguntiacum, quae adverſum eum rebellaverat, L. Aeliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluiſſet. Poſt eum Marius viliſſimus opifex purpuram accepit, et ſecundo die interfectus eſt. Victorinus poſtea Galliarum accepit imperium, vir ſtrenuiſſimus: ſed cum nimiae libidinis eſſet, et matrimonia aliena corrumperet, Agrippinae occiſus eſt, actuario quodem machinante dolum, imperii ſui anno ſecundo.

Huic ſucceſſit Tetricus Senator, qui Aquitaniam honore praeſidis adminiſtrans, abſens a militibus Imperator electus eſt, et apud Burdegalam purpuram ſumpſit; ſeditiones multas militum pertulit. Sed dum haec in Gallia geruntur, in Oriente per Odenathum Perſae victi ſunt: defenſa Syria, recepta Meſopotamia, uſque ad Cteſiphontem Odenathus penetravit.

Ita, Gallieno rempublicam deſerente, Romanum imperium in Occidente per Poſthumum, per Odenathum in Oriente ſervatum eſt. Gallienus interea Mediolani cum fratre Valeriano occiſus eſt, imperii anno nono: Claudiuſque ei ſucceſſit, a militibus electus, a Senatu appellatus

268. Auguſtus. Hic Gothos, Illyricum Macedoniamque vaſtantes, ingenti praelio vicit; parcus vir, ac modeſtus, et juſti tenax atque reipublicae gerendae idoneus: qui tamen intra imperii biennium morbo interiit, et Divus appellatus eſt. Senatus ingenti eum honore de-

oravit, ſcilicet ut in curia clypeus ipſi aureus, tem in Capitolio ſtatua aurea poneretur.

Quintilius poſt eum, Claudii frater, conſenſu militum Imperator electus eſt; vir unica modeſtationis et civilitatis laude aequandus fratri vel praeponendus; conſenſu Senatûs appellatus Auguſtus, ſeptimo decimo die imperii occiſus eſt.

Poſt eum Aurelianus ſuſcepit imperium, Dacia Ripenſi oriundus: vir in bello potens, animi tamen immodici, et ad crudelitatem propenſioris, quique Gothos ſtrenuiſſime vicit. Romanam ditionem ad fines priſtinos varia bellorum felicitate revocavit: ſuperavit in Gallia Tetricum apud Catalounos, ipſo Tetrico prodente exercitum ſuum, cujus aſſiduas ſeditiones ferre non poterat: quin etiam per literas occultas Aurelianum ita fuerat deprecatus, ut inter alia verſu Virgiliano uteretur; *Eripe me his, invicte, malis.* Zenobiam quoque, occiſo marito Odenatho, qui Orientem tenebat, haud longe ab Antiochia non ſine gravi praelio cepit: ingreſſuſque Romam, no- 274.
bilem triumphum quaſi receptor Orientis Occidentiſque egit, currum praecedentibus Tetrico et Zenobia: qui quidem Tetricus etiam corrector Lucaniae poſtea fuit, ac privatus diutiſſime vixit. Zenobia autem poſteros, qui adhuc manent, Romae reliquit.

Hoc imperante etiam Monetarii in Urbe rebellaverunt, vitiatis pecuniis, et Feliciſſimo Rationali interfecto: quos Aurelianus victos ultima

In Claudio. Clypeus ipſi aureus poneretur] *Hoc loco* Clypeus *non eſt quod videtur, ſed* imago clypeata, *id eſt, protome Graecorum, vel, ut Itali vocant,* un buſto, *quales hodie pictores noſtri faciunt, ſic apud Suetonium et Tacitum quoque.*

Ibidem, Rationali] *Quis ſit Rationalis nemo melius explicaverit, quam Aurelianus ipſe in epiſtola, quae*

crudelitate compescuit; plurimos nobiles capite damnavit: saevus et sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, quam in ullo amabilis Imperator: trux omni tempore, etiam filii sororis interfector: disciplinae tamen militaris et morum dissolutorum magna ex parte corrector.

Urbem Romam muris firmioribus cinxit; templum Soli aedificavit, in quo infinitum auri gemmarumque constituit. Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vastato omni Illyrico et Moesia, desperans eam posse retineri: abductosque Romanos ex urbibus et agris Daciae, in media Moesia collocavit: et est in dextra Danubio in mare fluenti, cum antea fuerit in laeva. Occiditur servi sui fraude, qui ad quosdam militares viros, amicos ipsius, nomina pertulit annotata, falso manum ejus imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet
275. occidere. Itaque ut praeveniretur ab iisdem, interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolin et Heracleam est stratae veteris, locus Coenophrurium appellatur: mors tamen

legitur apud Vopiscum, ubi de illo Felicissimo loquens, ait, Cui procurationem fisci mandaveram: *Ergo Procurator fisci et Rationalis idem est. Caeterum errorem hic Eutropii esse arbitror; quem enim occisum a Monetariis dicit Eutropius, eum auctorem rebellionis vocat Aurelianus, nisi, ut fit interdum, epistola falsa est.*

Ibidem, Infinitum auri] *Arbitror addendam esse vocem* pondus.

Ibidem, Stratae veteris] *Strata est via,* Virgil. Strata viarum: *et Italice* strada. *Haec via grandibus saxis olim munita fuit, hodieque integra remanet. Pertingebat autem ab illa ora ad Dyrrhachium. Adeundus tibi est Bellonius testis oculatus.* Lib. 1. cap. 61.

us inulta non fuit. Meruit quoque inter Divos ferri. Imperavit annos V, menses VI.

Tacitus post hunc suscepit imperium; vir egregie moratus, et reipublicae gerendae idoneus; nihil tamen clarum potuit ostendere, intra VI menses imperii morte praeventus. Florianus, qui Tacito successerat, duobus mensibus et diebus XX in imperio fuit, neque quidquam dignum memoria egit.

Post hunc Probus, vir illustris gloria militari, ad administrationem reipublicae accessit. Gallias a Barbaris occupatas ingenti praeliorum felicitate restituit. Quosdam imperium usurpare conatos, scilicet Saturninum in Oriente, Proculum et Bonosum Agrippinae, multis certaminibus oppressit. Vineas Gallos et Pannonios habere permisit: opere militari Almam montem apud Sirmium, et Aureum apud Moesiam superiorem vineis consevit, et provincialibus colendos dedit. Hic cum bella innumera gessisset, pace parta, dixit brevi milites necessarios non futuros: vir acer, strenuus, justus, et qui Aurelianum aequaret gloria militari, morum autem civilitate superaret. Interfectus est tamen Sirmii, tumultu militari, in turre ferrata Imperavit annos VI, menses IV.

Post hunc Carus est factus Augustus, 282.
Narbonae natus in Gallia: qui confestim Carinum et Numerianum filios Caesares fecit, cum quibus regnavit duobus annis: sed dum bellum adversum Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Persas nobiles gessit: ipsos praelio fudit: Seleuciam et Ctesiphontem urbes nobilissimas cepit: et cum castra supra Tigridem haberet, ictu divini fulminis periit. Numerianus quoque filius ejus, quem

In Probo, Interfectus est tamen] *Hanc vocem* tamen *libenter deleverim.*

In Caro, Divini fulminis] *Illud*, divini, *additum*

ſecum ad Perſas duxerat, adoleſcens egregiae indolis, cum, oculorum dolore correptus, lecticula veheretur, impulſore Apro, qui ſocer ejus erat, per inſidias occiſus eſt: et cum dolo occultaretur ipſius mors, quouſque Aper invadere poſſet imperium, foetore cadaveris prodita eſt: milites enim, qui eum ſequebantur, foetore commoti, diductis lecticulae palliis, poſt aliquot dies mortem ejus notam habere potuerunt.

Interea Carinus, quem Caeſarem in Parthos proficiſcens Carus, in Illyrico, Gallia, Italia reliquerat, omnibus ſe ſceleribus inquinavit; plurimos innoxios fictis criminibus occidit: matrimonia nobilia corrupit: condiſcipulis quoque, qui eum in auditorio vel levi fatigatione taxaverant, perniciosus fuit. Ob quae omnibus hominibus inviſus, non multo poſt poenas dedit. Nam de Perſide victa exercitus rediens, cum Carum
284. Auguſtum fulmine, Numerianum Caeſarem inſidiis perdidiſſet, Dioclesianum Imperatorem creavit, Dalmatia oriundum, virum obſcuriſſime natum: adeo ut a pleriſque ſcribae filius, a nonnullis Anulini Senatoris libertinus fuiſſe credatur.

Is prima militum concione juravit, Numerianum nullo ſuo dolo interfectum: et cum juxta eum Aper, qui Numeriano inſidias fecerat, conſtitiſſet, in conſpectu exercitûs manu Dioclesiani gladio percuſſus eſt. Poſtea Carinum, omnium odio et deteſtatione viventem, apud Margum ingenti praelio vicit, proditum ab exercitu ſuo, quem fortiorem habebat: certe deſertum inter Viminatum atque aureum montem. Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultum ruſticani in Gallia concitâſſent, et factioni ſuae Bagaudarum nomen

fuit diſtinctionis gratia; nam et quaedam machinae bellicae fulmina *dicuntur.*

ponerent, duces autem haberent Amandum et Elianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium Caeſarem miſit; qui levibus praeliis Aceſtes domuit, et pacem Galliae reformavit.

Per haec tempora etiam Carauſius, qui viliſſime natus, ſtrenuo militiae ordine famam egregiam merat conſecutus, cum apud Bononiam per ractum Belgicae et Armoricae pacandum mare coepiſſet, quod Franci et Saxones infeſtabant, multis Barbaris ſaepe captis, nec praeda integra ut provincialibus reddita, aut imperatoribus miſſa, cum ſuſpicio eſſe coepiſſet, conſulto ab eo admitti Barbaros, ut tranſeuntes cum praeda exciperet, atque hac ſe occaſione ditaret, a Maximiano iſſus occidi, purpuram ſumpſit, et Britannias occupavit.

Ita cum per omnem orbem terrarum res turbatae eſſent, et Carauſius in Britanniis rebellaret, Achilleus in Aegypto; Africam Quinquegentiani infeſtarent, Narſeus Orienti bellum interret; Diocleſianus Maximianum Herculium ex Caeſare fecit Auguſtum, Conſtantium et Maximianum Caeſares; quorum Conſtantius per filiam nepos Claudii traditur: Maximianus Galerius in Dacia haud longe a Sardica natus; atque ut eos etiam affinitate conjungeret, Conſtantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua poſtea ſex liberos, Conſtantini fratres, habuit: Galerius filiam Diocletiani Valeriam: ambo uxores, quas habuerant, repudiare compuſi. Cum Carauſio tamen, cum bella fruſtra tentata eſſent contra virum rei militaris peritiſſimum, ad poſtremum pax convenit. Eum poſt ſeptennium Affectus

Ibidem, Quinquegentiani] *Idem ſunt ac Pentapolitani in Lybia. Saepe enim apud meliores Graecos*, potis *gentem ſignificat, exempla apud Homerum, &c.*

ſocius ejus occidit, atque ipſe poſt eum Britanniam triennio tenuit: qui ductu Aſclepiodoti Praefecti Praetorio eſt oppreſſus. Ita Britanniae decimo anno receptae.

Per idem tempus a Conſtantio Caeſare in Gallia pugnatum eſt circa Lingones; die una adverſam et ſecundam fortunam expertus eſt: nam cum repente, Barbaris ingruentibus, intra civitatem eſſet coactus tam praecipiti neceſſitate, ut, clauſis portis, in murum funibus tolleretur; vix quinque horis mediis, adventante exercitu, LX fere millia Alamannorum cecidit. Maximianus quoque Auguſtus bellum in Africa profligavit, domitis Quinquegentianis, et ad pacem redactis. Dioclesianus obſeſſum Alexandriae Achilleum VIII fere menſe ſuperavit, eumque interfecit: victoria acerbe uſus eſt, totam Aegyptum gravibus proſcriptionibus caedibuſque foedavit. Ea tamen occaſione ordinavit provide multa, et diſpoſuit; quae ad noſtram aetatem manent.

Galerius Maximianus primo adverſus Nareum adverſum praelium habuit; inter Callinicum Carraſque congreſſus, cum inconſulte magis quam ignave dimicâſſet; admodum enim parva manu cum copioſiſſimo hoſte commiſit. Pulſus igitur, et ad Dioclesianum profectus, cum ei in itinere occurriſſet, tanta inſolentia fertur a Dioclesiano exceptus, ut per aliquot paſſuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurriſſe.

Mox tamen per Illyricum Moeſiamque contractis copiis, rurſus cum Narſeo Ormiſdae et Sa-

Ibidem, Circa Lingones] *In ejus rei memoriam arcus editiſſimus hodieque exſtat Andomatuni Lingonum, quem, cum ibi agerem, meminimus viuere. Sed nulla inſcriptio eſt, ut puto. Hoc notare poterunt antiquarii: eſt autem in ea parte poſitus, qua e muris in latiſſima camporum ſpatia deſcenditur.*

ris avo, in Armenia majore pugnavit ſucceſſu genti, nec minore conſilio ſimulque fortitudine: ippe qui etiam ſpeculatoris munus cum altero tertio equite ſuſceperit. Pulſo Narſeo, caſtra us diripuit; uxores, ſorores, liberos cepit; infi-tam extrinſecus Perſarum nobilitatem, gazam erſicam copioſiſſimam: ipſum in ultimas regni ſitudines coëgit; quare a Dioclesiano, in Me-potamia cum praesidiis tum morante, ovans re-reſſus, ingenti honore ſuſceptus eſt. Varia dein-ps et ſimul et viritim bella geſſerunt, Carpis et aſternis ſubactis, Sarmatis victis: quarum natio-um ingentes captivorum copias in Romanis fini-us locaverunt.

Dioclesianus moratus callide fuit, ſagax prae-crea, et admodum ſubtilis ingenio, et qui ſeveri-atem ſuam aliena invidia vellet explere: diligen-iſſimus tamen et ſolertiſſimus Princeps; et qui imperio Romano primus regiae conſuetudinis for-mam magis quam Romanae libertatis invexit; a-dorarique ſe juſſit, cum ante eum cuncti ſalluta-rentur: ornamenta gemmarum veſtibus cal-ceamentiſque indidit. Nam prius imperii in-ſigne in chlamyde purpurea tantum erat: reliqua communia.

Herculius autem, propalam ferus, et inciviliſ ingenii, aſperitatem ſuam etiam vultus horrore ſignificans: hic naturae ſuae indulgens, Dio-cleſiano in omnibus eſt ſeverioribus conſiliis obſe-cutus. Cum tamen ingraveſcente aevo, parum ſe idoneum Dioclesianus moderando imperio eſſe ſentiret, auctor Herculio fuit, ut in privatam vitam concederent, et ſtationem tuendae rei-publicae viridioribus junioribuſque mandarent; cui aegre collega obtemperavit; tamen uterque

Ibidem, Extrinſecus] *Latinitas illius aevi, pro* in-ſuper, praeterea.

una die privato habitu imperii insigne mutavit in Nicomediae Diocletianus, Herculius Mediolani post triumphum inclytum, quem Romae ex numerosis gentibus egerant pompa ferculorum illustri qua Narsei conjuges sororesque et liberi ante currum ducti sunt. Concesserunt tunc Salonas unus, alter in Lucaniam.

Diocletianus privatus in villa, quae haud procul a Salonis est, praeclaro otio senuit; inusitata virtute usus; ut solus omnium post conditum Romanum imperium, ex tanto fastigio sponte ad privatae vitae statum civilitatemque remearet. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut cum privatus obisset, inter Divos tamen referretur.

Ibidem, Solus omnium] *Non solus, nam et idem cum illo fecerat Sylla, cum perpetuae Dictaturae honore se abdicavit ultro et volens; qua in re a Caio Julio Caesare, eximio illo Dictatore, id est, eximio magistro, postea reprehensus est.*

LIBER X.

HIS igitur abeuntibus, ad administrationem reipublicae Constantius et Galerius Augusti creati sunt; divisusque inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam, Constanti-

In Constantio et Galerio, His igitur abeuntibus, ad administrationem reipublicae Constantius et Galerius Augusti creati sunt, &c.] *Aliter lege, sic:* His igitur abeuntibus *ab administratione* reipublicae Constantius et Galerius Augusti creati sunt. *Primum quia ita solent dicere Latini*, abire magistratu. abire ab administratione. *Deinde quis ferre possit?* Creati sunt Augusti ad administrationem, *Ridiculum.*

s; Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtinerent; sumptis duobus Caesaribus. Constantius tamen, contentus dignitate Augusti, Italiae que Africae administrandae sollicitudinem recusavit: vir egregius et praestantissimae civilitatis: divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci commoda non admodum affectans: ducensque melius, publicas opes a privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari: adeo autem cultûs modici, ut feriatis diebus, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum eis argento ostiatim petito triclinia sternerentur. Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit: praecipue quod Diocletiani suspectam prudentiam, et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio ejus evaserant. Obiit in Britannia, Eboraci, principatûs anno tertio decimo, atque inter Divos relatus est.

Galerius, vir et probe moratus, et egregius in re militari, cum Italiam quoque, sinente Constantio, administrationi suae accessisse sentiret, Caesares duos creavit. Verum Constantio mortuo, Constantinus ex obscuriore matrimonio ejus filius, in Britannia creatus est Imperator, et in locum patris exoptatissimus moderator accessit. Romae interea Praetoriani, excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab Urbe in villa publica morabatur, Augustum nuncupaverunt; quo nuncio Maximianus Herculius ad spem erectus resumendi fastigii, quod invitus amiserat, Romam advolavit e Lucania, quam sedem privatus elegerat, in agris amoenissimis consenescens; Diocletianumque etiam per literas adhortatus est,

In Galerio, In villa publica] *Locus erat ita dictus extra urbem, legatorum usui proprie destinatus. Sic et Constantinopolis urbis Romanae aemula, villam et ipsa publicam habebat, sed Nicomediae positam.*

ut depositam resumeret potestatem: quas ille irritas habuit: sed adversum motum Praetorianorum atque Maxentii Severus Caesar Romam missus a Galerio cum exercitu venit; obsidensque Urbem militum suorum scelere desertus est.

Auctae Maxentio opes, confirmatumque imperium. Severus fugiens Ravennae interfectus est. Herculius tamen Maximianus, post haec in concione exercitûs filium Maxentium denudare conatus, seditionem et convicia militum tulit. Inde ad Gallias profectus est, dolo composito, tanquam a filio esset expulsus, ut Constantino genero jungeretur: moliens tamen Constantinum, reperta occasione, interficere, qui in Galliis, et militum et provincialium ingenti jam favore regnabat, caesis Francis atque Alamannis, captisque eorum regibus, quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneris parâsset, objecit. Detectis igitur insidiis per Faustam filiam, quae dolum viro enunciaverat, profugit Herculius Massiliam, ibique oppressus (ex ea etenim navigare ad filium praeparabat) poenas dedit justissimo exitu; vir ad omnem asperitatem saevitiamque proclivus, infidus, incommodus, civilitatis penitus expers.

Per hoc tempus Licinius a Galerio Imperator
310. est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine, et in bello, quod adversus Narseum gesserat strenuis laboribus et officiis acceptus: mors Galerii confestim secuta est. Ita Respublica tum ab his quatuor Imperatoribus tenebatur, Constantino et Maxentio, filiis Augustorum; Licinio et Maximino, novis hominibus. Quinto tamen Constantinus imperii sui anno, bellum adversum Maxentium civile commovit; copias ejus multis praeliis fudit: ipsum postremo

Ibidem, Incommodus] *Appellatio atrox et dira, ut et* importunus, *ubi de malo principe agitur.*

omae adversus nobiles omnibus exitiis saevien-
m, apud pontem Mulvium vicit, Italiaque est
otitus. Non multo post deinceps in Oriente quo-
ue adversus Licinium Maximinus res novas mo-
tus, vicinum exitium fortuita apud Tarsum
porte praevenit.

Constantinus tamen, vir ingens, et omnia effi-
ere nitens quae animo praeparâsset, simul princi-
atum totius orbis affectans, Licinio bellum intu-
it, quamvis necessitudo illi et affinitas cum eo es-
et : nam soror ejus Constantia nupta Licinio e-
at, ac primo eum in Pannonia, ingenti apparatu
ellum apud Cibalas instruentem, repentinus op-
pressit : omnique Dardania, Moesia, Macedonia
potitus, numerosas Provincias occupavit.

Varia deinceps inter eos bella, et pax reconci-
liata ruptaque est : postremo Licinius navali et ter-
restri praelio victus apud Nicomediam, se dedidit,
et contra religiorem sacramenti Thessalo-
nicae privatus occisus est. Eo tempore 325.
res Romana sub uno Augusto et tribus Caesaribus
(quod nunquam alias) fuit ; cum liberi Constan-
tini Galliae, Orienti, Italiaeque praeessent Ve-
rum insolentia rerum secundarum aliquantum
Constantinum ex illa favorabili animi docilitate
mutavit. Primum necessitudines persecutus, egre-
gium virum, et sororis filium, commodae indolis
juvenem interfecit; mox uxorem, post, numero-
sos amicos.

Vir primo imperii tempore optimis principibus,
ultimo mediis comparandus. Innumerae in eo
animi corporisque virtutes claruerunt; militaris
gloriae appetentissimus, fortuna in bellis prospera
fuit; verum ita, ut non superaret industriam.

In Constantino, Favorabili animi docilitate] *Animi docilitas hoc loco* lenitas est. *Favorabilis autem cui omnes favent, aut qui omnium in se amorem colligit.*

Nam etiam Gothos, post civile bellum, varie profligavit, pace his ad postremum data; ingentemque apud Barbaras gentes memoriam gratiae collocavit. Civilibus artibus et liberalibus studiis deditus: affectator justi amoris, quem omnino sibi et liberalitate et docilitate quaesivit; sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius nihil occasionum praetermittens, quo opulentiores eos clarioresque praestaret.

Multas leges rogavit; quasdam ex bono et aequo, plerasque superfluas, nonnullas severas; primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romae aemulam faceret. Bellum adversum Parthos moliens, qui jam Mesopotamiam fatigabant, uno et trigesimo anno imperii, aetatis sexto et sexagesimo, Nicomediae in villa publica obiit. Denuntiata mors ejus est etiam per crinitam stellam, quae inusitatae magnitudinis aliquamdiu fulsit; eam Graeci κομήτην vocant; atque inter Divos meruit referri.

Successores filios tres reliquit, atque unum fratris filium. Verum Dalmatius Caesar prosperrima indole, neque patruo absimilis, haud multo post oppressus est factione militari, et Constantio patruele suo sinente potius quam jubente. Constantinum porro fratri bellum inferentem, et apud Aquileiam inconsultius praelium aggressum, Constantis duces interemerunt; ita respublica ad duos Augustos redacta est. Constantis imperium strenuum aliquandiu et justum fuit; mox, cum et valitudine improspera, et amicis pravioribus uteretur, ad gravia vitia conversus, cum intolerabilis provincialibus, militibus injucundus esset, factione Magnentii occisus est. Obiit autem non longe ab Hispanis, in castra cui Helenae nomen

In Constante, Cui Helenae nomen est] *Retinet nomen, nam ab Hispanis* Elna *dicitur*,

anno imperii XVII, aetatis trigesimo: rebus
men plurimis strenue in militia gestis, exercitu-
e per omne vitae tempus sine gravi crudelitate
tibilis.

Diversa Constantii fortuna fuit; a Persis enim
lta et gravia perpessus, saepe captis oppidis,
essis urbibus, caesis exercitibus; nulliumque
contra Saporem prosperum praelium fuit; nisi
od apud Singaram haud dubiam victoriam fero-
militum amisit, qui pugnam seditiose et stolide
tra rationem belli, die jam praecipiti, popos-
unt. Post Constantis necem, Magnentio Ita-
m, Africam, Gallias, obtinente; etiam Illy-
ium res novas habuit, Veteranione ad imperium
nsensu militum electo: quem grandaevum jam,
cunctis amabilem diuturnitate et felicitate mi-
tae, ad tuendum Illyricum, principem creave-
nt: virum probum, et morum veterum, ac ju-
ndae civilitatis; sed omnium liberalium artium
pertem, adeo ut ne elementa quidem prima
erarum, nisi grandaevus, et jam imperator,
tceperit.

Sed a Constantio, qui ad ultionem fraternae ne-
s bellum civile commoverat, abrogatum est Ve-
ranioni imperium: qui novo inusitatoque more,
nsensu militum deponere insigne compulsus est.
omae quoque tumultus fuit; Nepotiano Con-
antini sororis filio per gladiatoriam manum im-
erium invadente: qui saevis exordiis dignum,
itum nactus est; vigesimo enim atque octavo
ie a Magnentianis ducibus oppressus, poenas de-
st: caputque ejus pilo per Urbem circumlatum
st: gravissimae proscriptiones et nobilium caedes
uerunt.

Non multo post Magnentius apud Mursam pro-
gatus acie est, ac pene captus: ingentes Romani

Ibidem, Singaram] *Ad Tigrim*
Deponere insigne] *Adderem* imperii.

imperii vires ea dimicatione consumptae sunt, a quaelibet bella externa idoneae, quae multum tr umphorum possent securitatisque conferre. Ori enti mox a Constantio Caesar est datus, patrui fil us Gallus: Magnentiusque diversis praeliis victus vim vitae suae apud Lugdunum attulit, imperi anno tertio, mense septimo: frater quoque ejus Senonis, quem ad tuendas Gallias Caesarem mi ferat.

Per haec tempora etiam a Constantio, multis incivilibus gestis, Gallus Caesar occisus
353. est: vir natura ferus, et ad tyrannidem pronior, si suo jure imperare licuisset. Sylvanus quoque in Gallia res novas molitus, ante diem trigesimum extinctus est.

Solus in imperio Romano eo tempore Constantius Princeps et Augustus fuit. Mox Julianum Caesarem ad Gallias misit, patruelem suum, Galli fratrem, tradita ei in matrimonium sorore; cum multa oppida Barbari expugnâssent, alia obsiderent, ubique foeda vastitas esset, Romanumque imperium non dubia jam calamitate nutaret: a quo modicis copiis apud Argentoratum Galliae urbem ingentes Alamannorum copiae exinctae sunt, rex nobilissimus captus, Galliae restitutae; multa postea per eundem Julianum egregie adversum Barbaros gesta sunt; submotique ultra Rhenum Germani, et finibus suis Romanum imperium restitutum.

Neque multo post, cum Germanici jam exercitus a Galliarum praesidio tollerentur, consensu militum Julianus factus Augustus est: interjectoque anno, ad Illyricum obtinendum profectus est, Constantio Parthicis bellis occupato: quibus rebus cognitis, ad bellum civile conversus, in itinere obiit, inter Ciliciam Cappadociamque, anno

Paulo post, Quae multum] *Scribe* et quae multum.

erii octavo et XXX, aetatis quinto XL, meruitque inter Divos referri. Vir egiae tranquillitatis, placidus, nimis amicis et fa-iaribus credens, mox etiam uxoribus deditior: tamen primis imperii annis ingenti se modestia rit; familiarium etiam locupletator; neque onoros sinens, quorum laboriosa expertus fu-t officia: ad severitatem tamen propensior, si picio imperii moveretur, mitis alias, et cujus civilibus magis quam in externis bellis sit lau-da fortuna. 361.

Hinc Julianus rerum potitus est, ingentique ap-atu Parthis intulit bellum; cui expeditioni ego oque interfui. Aliquot oppida et castella Per-sum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit. Syriamque populatus, castra apud Ctesiphontem tiva aliquamdiu habuit: remeansque victor, dum inconsultius praeliis inserit, hostili manu interfec-s est, sexto Kalend. Julias, imperii anno septi-o, aetatis altero et trigesimo; atque inter Di-s relatus est: vir egregius, et rempublicam in-gniter moderaturus, si per fata licuisset: liberali-s disciplinis apprime eruditus, Graecis doctior, tque adeo ut Latina eruditione nequaquam cum Graeca scientia conveniret: facundia ingenti et rompta: et memoriae tenacissimae: in quibus-am philosopho proprior: in amicos liberalis: ed minus diligens quam tantum principem decu-t: fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriae e-us inferrent: in provinciales justissimus: et tributorum, quatenus ferre posset, repressor: ci-vilis in cunctos: mediocrem habens aerarii cu-am: gloriae avidus, ac per eum animi plerum-que immodici: nimius religionis Christianae in-lectator, perinde tamen ut cruore abstineret. Marco Antonino non absimilis: quem etiam ae-mulari studebat.

Post hunc Jovianus, qui tunc domesticus militabat, ad obtinendum imperium consensu exercitûs electus est, commendatione patris quam ipse militibus notior; qui, jam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, uno a Persis atque altero praelio victus, pacem cum Sapore necessariam quidem sed ignobilem fecit, mulctatus finibus ac nonnulla imperii Romani parte tradita: quod ante eum annis mille centum et duobus de viginti fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, nunquam accidit. Quin etiam legiones nostrae ita et apud Caudium, per Pontium Telesinum, et in Hispania apud Numantiam, et in Numidia sub jugum missae sunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, si foederis necessitatem, cum integrum fuit, mutare voluisset: sicut a Romanis omnibus hi bellis, quae commemoravi, factum est. Nam et Samnitibus, et Numantinis, et Numidis confestim bella illata sunt: neque pax rata fuit. Secundum aemulum imperii vertitur, intra Orientem residens, gloriae parum consuluit. Itaque iter ingressus, atque Illyricum petens, in Galatiae finibus repentina morte obiit: vir alias neque iners neque imprudens.

Multi exanimatum opinantur nimia cruditate; inter coenandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave

In Joviano, Qui tunc domesticus militabat] *Credibile est fuisse illum* domesticorum ducem aliquem, *vel fortasse* magnum domesticatum *tunc gerebat, erat autem primaria dignitas illis temporibus.* De domesticis *qui interdum* protectores *vocabantur, vid. Hotomannum et Cujacium: praeter caeteros autem Joannem Meursium in Lexico Graeco-barbaro. Huc opinor traducendus locus est Satyrici poetae* domestica castra, *de quo haud scio an interpretes monuerint.*

escentibus erat: quidam nimietate prunarum, s gravi frigore adoleri multas jusserat.
cessit imperii mense septimo, quarto de- 364.
o Kal. Martias: aetatis, ut qui plurimum ac nimum tradunt, tertio et trigesimo anno: ac ignitate principum, qui ei successerunt, inter vos relatus est. Nam et civilitati propior, et ura admodum liberalis fuit. Is status erat Ro- nae rei, Joviano eodem et Varroniano Con- bus, anno Urbis conditae millesimo centesimo pono decimo. Quia autem ad inclytos Prin- es venerandosque perventum est, interim operi dum dabimus. Nam reliqua stylo majore di- nda sunt: quae nunc non tam praetermitti- s, quam ad majorem scribendi diligentiam re- vamus.

Ibidem, Ad inclytos Principes] *Intelligit Valen- n et Valentinianum, qui tunc imperitabant.*

FINIS.

AMMIANUS, Lib. XXI.

Haec de VICTORE *scribi*
sub Constantio et Juliano Impp

IMperator revertitur Nessum copiosum oppidur quo inde expedite omnia disponeret suis util tatibus profutura; ubi Victorem apud Sirmiu visum, scriptorem historicum, exindeque veni praeceptum, Pannoniae secundae Consularem pra fecit; honoravit aenea statua, virum sobrieta gratia multilaudum, multo post Urbi praefectum

---

SEX. AUR. VICTORIS
DE
VIRIS ILLUSTRIBUS
URBIS ROMAE
LIBER.

Proca rex Albanorum.

PROCA rex Albanorum Amulium et Numitorem filios habuit. quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit; et ut alternis imperarent: sed Amulius fratri imperium non dedit et, ut eum sobole privaret, Rheam silviam filiam

s, Vestae sacerdotem praefecit; ut virginitate petua teneretur: quae a Marte compressa Romulum et Remum edidit. Amulius ipsam in vinla compegit: parvulos in Tiberim abjecit: os aqua in sicco reliquit. Ad vagitum lupa accurrit, eosque uberibus suis aluit: mox Faustulus stor collectos Accae Laurentiae conjugi educanis dedit. Qui postea, Amulio interfecto, Numitori avo regnum restituerunt: ipsi pastoribus adutis civitatem condiderunt; quam Romulus aurio victor, quod ipse XII, Remus VI vultures derat, Romam vocavit: et ut eam prius legibus am moenibus muniret, edixit ne quis vallum ansiliret: quod Remus irridens transilivit, et a bio Celere Centurione rutro fertur occisus.

Romulus Romanorum rex I.

Romulus asylum convenis patefecit, et magno ercitu facto, cum videret conjugia deesse, per gatos a finitimis civitatibus petiit. Quibus neiis, ludos Consualia simulavit: ad quos cum riusque sexûs multitudo venisset, dato suis signo, rgines raptae sunt: ex quibus cum una pulcerma cum magna omnium admiratione duceretur, halassio eam duci responsum. Quae nuptiae ia feliciter cesserunt, institutum est, ut omnis in nuptiis Thalassii nomen invocaretur. Cum eminas ergo finitimorum Romani rapuissent, pri- i Caeninenses contra eos bellum sumpserunt. dversus quos Romulus processit, et exercitum rum, ac ducem Acronem singulari praelio devit. Spolia opima Jovi Feretrio in Capitolio con-

Sacerdotem fecit, *ut alii quidam*] *Intelligit ergo sam fuisse virginem* Maximam, *quam hodie dicimus,* n Abbess.

In Romulo, Ludos Consualia] *Proprie locutus est, alim me ita loqui, quam dicere* ludos Consuales,

ſecravit. Antemnates, Cruſtumini, Fidenat Vejentes, Sabini etiam ob raptas bellum adver Romanos ſumpſerunt. Et cum Romae appropi quarent, Tarpeiam Virginem nacti, quae aqua caufa ſacrorum, hauriendae deſcenderat, ei Tatius optionem muneris dedit, ſi exercitum ſui in Capitolium produxiſſet. Illa petiit quod illi ſiniſtris manibus gerebant, videlicet annulos armillas; quibus doloſe repromiſſis, Sabinos arcem perduxit, ubi Titus ſcutis eam obrui pra cepit, nam et ea in laevis habuerant. Romul adverſus Tatium, qui montem Tarpeium ten bat, proceſſit; et in eo loco, ubi nunc Romanu forum eſt, pugnam conſeruit: ibi Hoſtus Hoſtil us fortiſſime dimicans cecidit: cujus interitu co ſternati Romani fugere coeperunt. Tunc Romu lus Jovi Statori aedem vovit, et exercitus ſeu fo te ſeu divinitus reſtitit. Tunc raptae in medium proceſſerunt: et hinc patres, inde conjuges de precatae, pacem conciliârunt. Romulus foedu percuſſit, et Sabinos in urbem recepit: populum a Curibus oppido Sabinorum, Quirites vocavit Centum Senatores, a pietate Patres appellavit Tres equitum centurias inſtituit, quas a ſuo no mine Ramnenſes; a Tito Tatio. Tatienſes; a Lucomone, Luceres appellavit. Plebem in tri ginta curias diſtribuit, eaſque raptarum nominibu appellavit. Cum ad Caprae paludem exercitum luſtraret, nuſquam comparuit; unde inter Patres et populum ſeditione orta, Julius Proculus vir no bilis, in concionem proceſſit, et jurejurando fir mavit, Romulum a ſe in colle Quirinali viſum auguſtiore forma, cum ad deos abiret; eundem

Quae aequae hauriendae deſcenderat] *Id eſt, ad nquam hauriendam; ſic Plautus, Salluſtius, Tacitus.*

Produxiſſet] *Lege* perduxiſſet, *ut mox*, Sabinos in arcem perduxit.

e praecipere, ut ſeditionibus abſtinerent, virtu-
m colerent; futurum ut omnium gentium do-
ni exſiſterent. Hujus auctoritati creditum eſt:
des in colle Quirinali Romulo conſtituta, ipſe
Deo cultus, et Quirinus eſt appellatus.

Numa Pompilius Romanorum Rex II.

Poſt conſecrationem Romuli, cum diu interreg-
m eſſet, et ſeditiones orirentur, Numa Pompilius
mponis filius, Curibus oppido Sabinorum ac-
us, cum, addicentibus avibus, Romam veniſſet,
populum ferum religione molliret, ſacra pluri-
a inſtituit; aedem Veſtae fecit, virgines Ve-
les legit; Flamines tres, Dialem, Martialem,
irinalem: Salios Martis ſacerdotes, quorum
mus Praeſul vocatur, XII inſtituit. Pontificem
ximum creavit. Portas Jano gemino aedifi-
vit. Annum in XII menſes diſtribuit, additis
nuario et Februario. Leges quoque plurimas
utiles tulit: omnia quae gerebat, juſſu Ae-
iae nymphae, uxoris ſuae, ſe facere ſimulans.
hanc tantam juſtitiam bellum ei nemo intulit.
rbo ſolutus in Janiculo ſepultus eſt, ubi poſt
ltos annos arcula cum libris a Terentio quo-
m exarata: qui libri, quia leves quaſdam ſacro-
n cauſas continebant, ex auctoritate Patrum
mati ſunt.

Tullus Hoſtilius Romanorum Rex II.

Tullus Hoſtilius, quia bonam operam ad-
ſum Sabinos navaverat, rex creatus, bellum
anis indixit, quod trigeminorum certatione
vit, et Albam propter perfidiam ducis Metii
fetii diruit. Albanos Romam tranſire juſſit,
riam Hoſtiliam conſtituit. Montem Coelium
i addidit. Et dum Numam Pompilium ſacri-
is imitatur, Jovi Elicio litare non potuit,
mine ictus cum regia conflagravit.

Horatii et Curiatii.

Quum inter Romanos et Albanos bellum fuiſſ exortum, ducibus Hoſtilio et Fufetio, placuit re paucorum certatione finire. Erant apud Rom nos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiati quibus foedere icto concurrentibus, ſtatim du Romanorum ceciderunt, tres Albanorum vuln rati. Unus Horatius quamvis integer, quia trib impar erat, fugam ſimulavit, et ſingulos per in tervalla, ut vulnerum dolor patiebatur, inſequen tes, interfecit. Et cum ſpoliis onuſtus redire ſororem obviam habuit, quae, viſo paludamen ſponſi ſui, qui unus ex Curiatiis erat, flere coepit frater eam occidit. Qua re apud Duumvir condemnatus, apud populum provocavit; u patriis lachrymis condonatus, ab eo expiandi gra tia ſub tigillum miſſus, quod nunc quoque via ſuppoſitum, Sororium appellatur.

Metius Fufetius.

Metius Fufetius dux Albanorum, cum ſe inv dioſum apud cives videret, quod bellum ſola tr geminorum certatione finiſſet, ut rem corrigere Vejentes et Fidenates adverſum Romanos inc tavit. Ipſe ab Tullo in auxilium arceſſitus, a ciem in collem ſubduxit, ut fortunam belli exp iretur ac ſequeretur. Qua re Tullus intellect magna voce ait, ſuo illud juſſu Metium facer Quare hoſtes territi victique ſunt. Poſtera d Metius cum ad gratulandum Tullo veniſſet, juſſ

In Horatiis et Curiatiis, Apud populum provoca vit] *Latinum non eſt, lege*, Ad populum.

Expiandi] *Paſſive poſitum, ut apud Virg.* p nuria edendi.

Viae ſuppoſitum] *Lege* ſuperpoſitum, *ratio auctoritas probant.*

ſius quadrigis religatus, et in dierſa diſtrac-
s eſt.

Ancus Marcius Romanorum rex IV.

Ancus Marcius Numae Pompilii ex filia nepos, quitate et religione avo ſimilis, Latinos bello muit: Aventinum et Janiculum montes Urbi didit: nova moenia oppido circumdedit. Silis ad uſum navium publicavit. Salinarum ctigal inſtituit. Carcerem primus aedificavit. ſtiam coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in oſtia Tiberis deduxit. Jus feciale, o legati ad res repetundas uterentur, ab Aequilis tranſtulit; quod primus ſertur Rheſus exgitâſſe. His rebus intra paucos dies confectis, matura morte praereptus, non potuit praeſtare, alem promiſerat, regem.

L. Tarquinius Priſcus Romanorum rex V.

Lucius Tarquinius Priſcus, Damarati Corinii filius, ejus qui Cypſeli tyrannidem ſugiens, Etruriam commigravit. Ipſe Lucumo dictus, be Tarquiniis profectus Romam petiit. Adventi Aquilo pileum ſuſtulit: et cum alte ſublâſſet, repoſuit. Tanaquil conjux, auguriorum rita, regnum ei portendi intellexit. Tarquinius cunia et induſtria dignitatem, atque etiam Anci gis familiaritatem conſecutus eſt: a quo tutor beris relictus, regnum intercepit, et ita adminiavit, quaſi jure adeptus fuiſſet. Centum Patres Curiam legit, qui minorum gentium ſunt appelti. Equitum centurias numero duplicavit; no-

In Anco Marcio, Rheſus] *Temporibus Trojanis Heroicis.*

In Tarquinio Priſco, Cypſeli] *Circa Olympiadem* XXII. *id eſt, ante Chriſtum natum* 653.

Urbe Tarquiniis] *Vide Juſtinum.*

mina mutare non potuit, Accii Navii augu auctoritate deterritus, qui fidem artis suae nov cula et cote firmavit Latinos bello domuit. Ci cum maximum aedificavit. Ludos magnos in stituit. De Sabinis et priscis Latinis triumph vit. Murum lapideum Urbi circumdedit. F lium XIII annorum, quod in praelio hoste percussisset, praetexta et bulla donavit: un haec ingenuorum puerorum insignia esse co perunt. Post ab Anci liberis, immissis per cussoribus, per dolum regia excitus et interfe tus est.

Servius Tullius Romanorum rex VI.

Servius Tullius P. Corniculani, et Ocrisiae ca tivae filius, cum in domo Tarquinii Prisci educ retur, flammae species caput ejus amplexa e Hoc viso Tanaquil summam ei dignitatem po tendi intellexit. Conjugi suasit ut ita eum, liberos suos, educaret. Cumque adolevisset, g ner a Tarquinio assumptus est. Et cum rex o cisus esset, Tanaquil, ex altiore loco ad populu despiciens, ait Priscum Tarquinium, gravi qu dem sed non letali vulnere accepto, petere ut i terim dum convalescit, Servio Tullio dicto audie tes essent. Servius Tullius quasi precario re nare coepit: sed recte imperium administrav Etruscos saepe domuit: collem Quirinalem

Priscis Latinis] *Triplex fuit Latium.*

In Servio Tullio, Ut liberos suos educaret] *uno verbo Latine est*, liberaliter educare.

Dicto audientes] *Id est, imperio: unde Dictato Et Virg. in* VI *Aen.*

Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata
Dicta meae gente ponam.

Ubi, dicta *nihil aliud significat quam summum im perium.*

iminalem et Esquilias Urbi addidit; aggerem ssasque fecit. Populum in quatuor tribus dibuit, ac post plebi distribuit annonam: menras, pondera, classes, centuriasque constituit. imus omnium censum ordinavit, qui adhuc per bem terrarum incognitus erat. Latinorum polis persuasit, ut exemplo eorum Dianae Ephe-e aedem fecissent, et ipsi aedem Dianae in Aentino aedificarent: quo facto, bos cuidam Lano mirae magnitudinis nata, et responsum somo datum, eum populum summam imperii habirum, cujus civis bovem illam immolâsset. Lanus bovem in Aventinum egit, et cansam sacerti Romano exposuit. Ille callidus, dixit primus m vivo flumine manus abluere debere. Latinus am ad Tiberim descendit, sacerdos bovem imolavit. Ita imperium civibus, sibi gloriam facto nsilioque vindicavit.

Tulliae.

Servius Tullius filiam alteram ferocem, mitem teram habens, cum Tarquinii Prisci filios pari imo videret, ut omnium mentes morum divertate leniret, ferocem miti, mitem feroci in maimonium dedit. Sed mites seu forte seu fraude rierunt; feroces morum similitudo conjunxit. atim Tarquinius Superbus a Tullia incitatus, vocato Senatu, regnum paternum repetere coeit. Qua re audita, Servius, dum ad Curiam roperat, jussu Tarquinii gradibus dejectus, et omum refugiens, interfectus est. Tullia in fom properavit, et prima conjugem regem saluvit, a quo jussa e turba decedere, cum domum ediret, viso patris corpore, mulionem evitantem uper ipsum corpus carpentum agere praecepit:

unde vicus ille Sceleratus dictus est. Postea Tullia cum conjuge in exsilium acta.

Tarquinius Superbus Romanorum rex VII.

Tarquinius Superbus cognomen moribus meruit. Occiso Servio Tullio, regnum scelesle occupavit: tamen bello strenuus, Latinos Sabinosque domuit: Suessam Pometiam Volscis eripuit, Gabios per Sextum filium, simulato transfugio in potestatem redegit, et ferias Latinas primus instituit. Locos in Circo et cloacam maximam fecit, ubi totius populi viribus usus est; unde illae fossae Quiritium sunt dictae. Cum Capitolium inciperet, caput hominis invenit: unde cognitum est, eam urbem caput gentium futuram: cum in obsidio Ardeae filius ejus Lucretiae stuprum intulisset, cum eo in exsilium actus, ad Porsennam Etruriae regem confugit: cujus opes regnum retinere tentavit. Pulsus Cumas concessit: ubi per summam ignominiam reliquum vitae tempus exegit.

L. Tarquinius Collatinus, et Lucretia uxor.

Tarquinius Collatinus, sorore Tarquinii Superbi genitus, in contubernio juvenum regiorum Ardeae erat: ubi cum forte in liberiore convivio conjugem suam unusquisque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petunt. Regiae nurus in convivio et luxu deprehendunt, exinde Collatiam petunt; Lucretiam inter ancillas in

In Tullia, Sceleratus] *Nihil aliud est quam infelix*, *Florus*, *Plautus*, *Terentius*. *Ut inferius legas*, Porta qua profecti fuerant, Scelerata est appellata. *Sic* scelus *pro infelicitas*, *apud Terent.*

In Tarquinio Superbo, Ferias Latinas] *Dionysius Halicarnassus*, *Lib. IV*, *quid sit omnium optime explicavit.*

nificio offendunt: itaque ea pudicissima judicatur. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus noste Collatiam rediit, et jure propinquitatis in domum Collatini venit, et in cubiculum Lucretiae irrupit, pudicitiam expugnavit. Illa postero die, advocatis patre et conjuge, rem exposuit, et se ultro, quem veste texerat, occidit. Illi in exitium regum conjurârunt, eorumque exsilio necem Lucretiae vindicaverunt.

Junius Brutus I *Romanorum Consul.*

L. Junius Brutus sorore Tarquinii Superbi genitus, cum eandem fortunam timeret in quam frater inciderat, qui ob divitias et prudentiam fuerat ab avunculo occisus, stultitiam finxit, unde Brutus dictus. Juvenibus regiis Delphos euntibus, deridiculi gratia comes adscitus, baculo sambuceo aurum infusum Deo donum tulit. Ubi responsum est, eum Romae summam potestatem habiturum, qui primus matrem oscularetur: ipse terram osculatus est. Deinde propter Lucretiae stuprum, cum Tricipitino et Collatino in exitium regum conjuravit. Quibus in exsilium actis, primus Consul creatus, filios suos, fratrisque, quod cum Aquiliis et Vitelliis ad recipiendum in Urbem Tarquinios conjuraverant, virgis caesos securi percussit. Deinde in praelio, quod adversus eos gerebat, singulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congressus est, ubi ambo mutuis vulneribus ceciderunt. Cujus corpus in foro

In Bruto, Stultitiam finxit, unde Brutus dictus] *Brutus nihil aliud est quam tardus seu gravis*, heavy, dull, booby, *Graece* βραδὺς. *Terent.* Hei tardus es. *Hor.* Bruta tellus.

Ad recipiendum Tarquinios] *E bona illa veteri Latinitate.*

positum, a collega laudatum, matronae annuluxerunt.

Horatius Cocles.

Porsenna rex Etruscorum, cum Tarquinios in Urbem restituere tentaret, et primo impetu Janiculum cepisset: Horatius Cocles, illo cognomine quod in alio praelio oculum amiserat, pro ponte sublicio stetit, et aciem hostium solus sustinuit, donec pons a tergo interrumperetur, cum quo statim in Tiberim decidit, et armatus ad suos transnavit. Ob hoc ei tantum agri publice datum est, quantum uno die circumarari potuisset: statua quoque ei in Vulcanali posita.

Mutius Scaevola.

Cum Porsenna rex Urbem obsideret, Mutius Cordus, vir Romanae constantiae, Senatum adiit, et veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Accepta potestate, in castra Porsennae venit, ibique purpuratum pro rege, deceptus occidit. Apprehensus, et ad regem pertractus, dextram aris imposuit: hoc supplicii a rea exigens, quod in caede peccâsset. Unde cum misericordia regis abstraheretur, quasi beneficium referens, ait, trecentos adversus eum similes conjurâsse. Qua re ille territus, bellum, acceptis obsidibus, deposuit. Mutio prata trans Tiberim data, ab eo Mutia appellata. Statua quoque ei honoris gratia constituta est.

Cloelia virgo.

Porsenna Cloeliam virginem nobilem inter obsides accepit: quae, deceptis custodibus, noctu castris ejus egressa, equum, quem fors dederat, ar-

In Mutio Scaevola, Aris imposuit] *Nam arae in principiis castrorum, ubi aquila, &c.*

ripuit, et Tiberim trajecit. A Porsenna per legatos repetita, et reddita, Cujus ille virtutem admiratus, cum quibus optâsset in patriam redire permisit: illa virgines puerosque elegit: quorum aetatem injuriae obnoxiam sciebat. Huic statua equestris in foro posita.

Fabii trecenti sex.

Romani cum adversum Vejentes bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum privato nomine depoposcit, et profecti trecenti sex, duce Fabio Consule, fuerunt. Cum saepe victores extitissent, apud Cremeram fluvium castra posuerunt. Vejentes ad dolos conversi, pecora ex adverso in conspectu illorum posuerunt: ad quae progressi Fabii, in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt. Dies, quo id factum est, inter nefastos relatus. Porta qua profecti fuerant, Scelerata est appellata. Unus ex ea gente propter impuberem aetatem domi relictus, genus propagavit ad Q. Fabium Maximum, qui Annibalem mora fregit, Cunctator ab obtrectatoribus dictus.

P. Valerius Poplicola.

Publius Valerius, Volusi filius, primum de Vejentibus, iterum de Sabinis, tertio de utrisque gentibus triumphavit. Hic, quia in locum Bruti collegae Consulem non subrogaverat, et domum in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati venit: quo cognito, apud populum questus, quod de se tale aliquid timuissent; immisit qui domum suam diruerent. Secures etiam

In Fabiis, Ex ea gente] *Sic opportuit scribere, non* familia, *quod factum ab Eutropio est in hac ipsa historia.*

In Poplicola, Domum in Velia] *Locus erat in Urbe.*

fascibus demisit, eosque in populi concione submisit. Legem de provocatione a magistratibus ad populum tulit; hinc Poplicola dictus. Qui cum quater Consul diem obiisset, adeo pauper exstitit, ut collectis a populo nummis publice sepultus sit, et annuo matronarum luctu honoratus.

A. Posthumius.

Tarquinius ejectus, ad Mamilium Tusculanum generum suum confugit, qui cum Latio concitato Romanos graviter urgeret, A. Posthumius Dictator dictus, apud Regilli lacum cum hostibus conflixit. Ubi cum victoria nutaret, Magister Equitum equis fraenos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferientur: ubi et aciem Latinorum fuderunt et castra ceperunt. Sed inter eos duo juvenes candidis equis insigni virtute apparuerunt, quos Dictator quaesitos ut dignis muneribus honoraret, non reperit: Castorem et Pollucem ratus, aedem communi titulo dedicavit.

L. Quinctius Cincinnatus.

Lucius Quinctius Cincinnatus filium Kaesonem petulantissimum abdicavit; qui et a Censoribus notatus ad Volscos et Sabinos confugit, qui duce Claelio Graccho bellum adversum Romanos gerebant, et Q. Minucium Consulem in Algido monte cum exercitu obsidebant: Quinctius Dictator dictus; ad quem missi legati, nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt; qui, insignibus sumptis, Consulem obsidio liberavit. Quare a Minucio et ejus exercitu obsidionali corona donatus est. Vicit hostes; ducem eorum in deditionem accepit, et triumphi die ante currum egit. Sexto decimo die dictaturam, quam acceperat, deposuit, et agriculturam reversus est. Iterum post viginti annos Dictator dictus, Spuri-

um Moelium regnum affectantem a Servilio Ahalo Magistro equitum occidi jussit. Domum ejus solo aequavit: unde locus ille Equimoelium dictus.

Menenius Agrippa Lanatus.

Menenius Agrippa, cognomento Lanatus, dux electus adversum Sabinos de iis triumphavit. Et cum populus a Patribus secessisset, quod tributum et militiam non toleraret, nec revocari posset; Agrippa apud eum, Olim, inquit, humani artus cum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordârunt, et suum illi ministerium negârunt. Cum eo pacto et ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra disserere; et cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus et populus quasi unum corpus discordia pereunt, concordia valent. Hac fabula populus regressus est. Creavit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam adversum nobilitatis superbiam defenderent. Menenius autem tanta paupertate decessit, ut eum populus collatis quadrantibus sepeliret, locum sepulchro Senatus publice daret.

C. Marcius Coriolanus.

Caius Marcius, a captis Coriolis urbe Volscorum, Coriolanus dictus: ob egregia militiae facinora a Postumo optionem munerum accipiens, equum tantum et hospitem sumpsit, virtutis et pietatis exemplum. Hic Consul gravi annona, advectum e Sicilia frumentum magno pretio dandum populo curavit; ut hac injuria plebs agros, non seditiones coleret. Ergo a Tribuno pleb. Decio die dicta, ad Volscos concessit; eosque duce Attio Tullo adversus Romanos concitavit, et ad quartum ab Urbe lapidem castra posuit. Cumque nu lis civium legationibus flecteretur, a Veturia matre, et Volumnia uxore matronarum nu-

IONAL LIB

mero comitatis motus omisso bello, ut proditor occisus est: ibi templum, Fortunae muliebri constitutum est.

C. Licinius Stolo.

Fabius Ambustus ex duabus filiabus alteram Licinio Stoloni plebeio, alteram Aulo Sulpicio patricio conjugem dedit: quarum plebeia cum sororem salutaret, cujus vir Tribunus militum consulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos indecenter expavit: a sorore irrisa, marito questa est: qui, adjuvante socero, ut primum Tribunatum plebis aggressus est, legem tulit, ut alter Consul ex plebe crearetur: Lex, resistente Appio Claudio, lata tamen: et primus Licinius Stolo Consul factus. Idem lege sancivit, ne cui plebeio plus quingenta jugera agri habere liceret. Et ipse cum jugera quingenta haberet, et altera emancipati filii nomine possideret, in judicium vocatus, et primus omnium sua lege punitus est.

L. Virginius Centurio.

Populus Romanus, cum seditiosos magistratus ferre non posset, Decemviros legibus scribendis creavit, qui eas ex libris Solonis translatas, duodecim tabulis exposuerunt. Sed cum pacto dominationis magistratum sibi prorogarent; unus ex ipsis Appius Claudius Virginiam Virginii Centurionis filiam in Algido militantis, adamavit: quam cum corrumpere non posset, clientem subornavit, qui eam in servitutem deposceret; facile victurus, cum ipse esset et accusator et judex. Pater re cognita, cum ipso die judiciis supervenisset, et filiam jam addictam videret, ultimo ejus adloquio impetrato, eam in secretum abduxit et occidit: corpus ejus humeris gerens ad exer-

In Licinio Stolone, Tribunatum plebis aggressus est] *Lege* ingressus est.

citum profugit, et milites ad vindicandum facinus accendit: qui, creatis decem Tribunis, Aventinum occuparunt, Decemviros abdicare se magistratu coëgerunt, eosque omnes aut morte aut exsilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

Aesculapius Romam advectus.

Romani ob pestilentiam, responso monente, ad Aesculapium Epidauro arcessendum decem legatos principe Q. Ogulnio miserunt. Qui cum eo venissent, et simulacrum ingens mirarentur, anguis e sedibus suis elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium ad navem Romanorum perrexit, et se in Ogulnii tabernaculo conspiravit. Legati Deum vehentes Antium provecti sunt, ubi per mollitiem maris, anguis proximum Aesculapii fanum petiit, et post paucos dies ad navim rediit; et cum adverso Tiberi subveheretur, in proximam insulam disilivit, ubi templum ei constitutum: et pestilentia mira celeritate sedata est.

M. Furius Camillus.

Furius Camillus cum Faliscos obsideret, ac ludi literarii magister principum filios ad eum adduxisset, vinctum eum iisdem pueris in urbem redigendum et verberandum tradidit. Statim Falisci se ei ob tantam justitiam dediderunt. Vejos decenni obsidie domuit, deque his triumphavit. Postmodum est crimini datum, quod albis equis triumphâsset, et praedam inique divisisset, die dicta ab L. Appuleio Tribuno plebis damnatus Ardeam concessit. Mox cum Galli Senones, relictis ob

In Camillo, Redigendum] *Ideo dixit* redigere *quid pueri magistrum prae se agebant, ut pastores solent pecora.*

ſterilitatem agris ſuis, Cluſium Etruriae oppidum obſiderent, miſſi ſunt Roma tres legati, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent. Ex his unus contra jus gentium in aciem proceſſit, et ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, et exercitum Romanum apud Aliam fluvium ceciderunt, die XVI Kalend. Auguſti, qui dies inter nefaſtos relatus, Alienſis dictus. Victores Galli Urbem intraverunt, ubi nobiliſſimos ſenum in curulibus et honorum inſignibus, primo ut deos venerati, deinde ut homines deſpicati interfecere. Reliqua juventus cum Manlio in Capitolium fugit, ubi obſeſſa Camilli virtute liberata eſt: qui abſens Dictator dictus, collectis reliquis, Gallos improviſos internecione occidit. Populum Romanum migrare Vejos volentem retinuit. Sic et oppidum civibus, et cives oppido reddidit.

M. Manlius Capitolinus.

Manlius, ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus, ſedecim annorum voluntarium militem ſe obtulit. Triginta ſeptem militaribus donis a ſuis ducibus ornatus, triginta tres cicatrices in pectore habuit. Capta Urbe auctor in Capitolium confugiendi fuit. Quadam nocte clangore anſeris excitus, Gallos aſcendentes dejecit. Patronus a civibus appellatus, et farre donatus eſt. Domum etiam in Capitolio publice accepit. Qua ſuperbia elatus, cum a Senatu ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueretur, et addictos propria pecunia

Gallos improviſos internecione occidit] *Lege* Gallos improviſus internecione occidit, *id eſt, ipſe improviſus Gallos, &c.*

Publice accepit] *Id eſt, ut ſuperius dictum, ex aerario.*

liberaret, regni affectati suspicione in carcerem conjectus, populi consensu liberatus est. Rursus cum in eadem culpa, et gravius perseveraret, reus factus: et ab conspectu Capitolii ampliatus est. Alio deinde loco damnatus, et de Saxo Tarpeio praecipitatus: domus diruta: bona publicata. Gentilitas ejus Manlii cognomen ejuravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur.

A. Cornelius Cossus.

Fidenates fidei Romanorum hostes, ut sine spe veniae fortius dimicarent, legatos ad se missos interfecerunt: ad quos Quinctius Cincinnatus Dictator missus magistrum equitum habuit Cornelium Cossum, qui Lartem Tolumnium ducem sua manu interfecit. De eo spolia opima Jovi Feretrio secundus ab Romulo consecravit.

P. Decius Pater.

P. Decius Mus bello Samnitico sub Valerio Maximo et Cornelio Cosso Consulibus Tribunus militum, exercitu in angustiis Gauri montis insidiis hostium clauso, accepto, quod postulaverat, praesidio, in superiorem locum evasit: hostes terruit. Ipse intempesta nocte per medias custodias somno oppressas incolumis evasit. Ob hoc ab exercitu civica corona de querceu, quae dabatur ei qui cives in bello servâsset, obsidionali, quae dabatur ei qui obsidione cives liberâsset, donatus est. Consul bello Latino, collega Manlio Torquato,

Ampliatus est] *Id est, nec condemnatus fuit, nec absolutus. Id cum fiebat, hanc vocem* amplius *pronunciabant; intelligebant autem amplius deliberatum iri super illo aut illo negotio.*

Gentilitas] *Proprie gens plures familias amplectitur.*

positis apud Veserim fluvium castris, cum utriqu Consuli somnio obvenisset, eos victores futuros quorum dux in praelio cecidisset: tum collato cum coliega somnio, cum convenisset, ut cujus cornu in acie laboraret, dîs se Manibus voveret; inclinante sua parte, se et hostes per Valerium Pontificem dîs Manibus devovit; impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit.

P. Decius filius.

Publius Decius Decii filius, primo Consul de Samnitibus triumphans, spolia ex his Cererī consecravit. Iterum et tertio Consul multa domī militiaeque gessit. Quarto Consulatu cum Fabio Maximio, cum Galli, Samnites, Umbri, Tusci contra Romanos conspirâssent: ibi exercitu in aciem ducto, et cornu inclinante; exemplum patris imitatus, advocato Marco Livio Pontifice, hastae insistens et solemnia verba respondens, se et hostes dîs Manibus devovit. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. Corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est.

T. Manlius Torquatus.

Titus Manlius Torquatus ob ingenii et linguae tarditatem a patre rus relegatus, cum audîsset ei diem dictam a Pompeio Tribuno plebis, nocte Urbem petiit. Secretum colloquium a Tribuno impetravit, et gladio stricto dimittere eum accusationem terrore multo compulit. Sulpicio Dictatore Tribunus militum Gallum provocatorem occidit. Torquem ei detractum cervici suae indidit. Consul bello Latino filium suum, quod

In Decio filio, Solemnia verba respondens] *Bene* respondens. *Nam, ut erant nimium religiosi, Pontifex verbis praeibat: qui autem se devovebat, ea ipsa verba respondebat.*

contra imperium pugnâſſet, ſecuri percuſſit: Latinos apud Veſerim fluvium, Decii collegae devotione ſuperavit. Conſulatum recuſavit, quod diceret, neque ſe populi vitia, neque illum ſeveritatem ſuam poſſe ſufferre.

M. Valerius Corvinus.

Reliquias Senonum Camillus perſequebatur: adverſum ingentem Gallum provocatorem ſolus Valerius Tribunus militum, omnibus territis, proceſſit. Corvus ab ortu ſolis galeae ejus inſedit, et inter pugnandum ora oculoſque Galli verberavit. Hoſte devicto, Valerius Corvinus dictus. Hinc, cum ingens multitudo aere alieno oppreſſa Capuam occupare tentâſſet, et ducem ſibi Quinctium neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato aere alieno, ſeditionem compreſſit.

Sp. Poſtumius.

Titus Veturius, et Spurius Poſtumius Conſules bellum adverſum Samnites gerentes, a Pontio Theleſino duce hoſtium in inſidias inducti ſunt: nam ille ſimulatos transfugas miſit, qui Romanos docerent, Luceriam Apulam a Samnitibus obſideri, quo duo itinera ducebant, aliud longius et tutius, aliud brevius et periculoſius: feſtinatio brevius eligit. Itaque cum in inſidias veniſſent, (qui locus Furculae Caudinae vocatur) C. Pontius accitum patrem Herennium rogavit, quod fieri placeret. Ille ait, aut omnes occidendos, ut vires frangerentur; aut omnes dimittendos, ut beneficio obligarentur. Utroque improbato conſilio, omnes ſub jugum miſit,

In Spurio Poſtumio, Luceriam Apulam] *Ad diſtinctionem. Erat enim et Luceria in Picentinis, erat et apud Umbros; quin et alia etiam alibi fuit.*

icto foedere, quod a Romanis postea improbatum est. Postumius Samnitibus deditus, nec receptus.

L. Papirius Cursor.

Lucius Papirius, a velocitate Cursor, cum Dictatorem se adversis omnibus contra Samnites profectum esse sensisset; ad auspicia repetenda Romam regressus, edixit Fabio Rulliano, quem exercitui imponebat, ne manum cum hoste consereret. Sed ille, opportunitate ductus, pugnavit. Reversus Papirius securi eum ferire voluit: ille in Urbem confugit, nec supplicem Tribuni tuebantur. Dein pater lacrymis, populus precibus veniam impetrârunt. Papirius de Samnitibus triumphavit. Idem comis et jocorum studiosus, cum Praenestinum Praetorem gravissime increpuisset, Expedi, inquit, lictor secures. Et cum eum metu mortis attonnitum vidisset, incommodam ambulantibus radicem exscindi jussit.

Q. Fabius Rullianus.

Quintus Fabius Rullianus, primus ex ea familia ob virtutem Maximus: Magister equitum a Papirio Cursore ob Samnitem victoriam securi pene percussus, primum de Apulis et Lucerinis; iterum de Samnitibus; tertio de Gallis, Umbris, Marsis, atque Tuscis triumphavit. Censor libertinos tribu amovit. Iterum Censor fieri noluit, dicens non esse ex usu Reipublicae, eosdem Censores saepius fieri. Hic primus instituit, ut Equites Romani idibus Quintilibus ab aede Honoris, albis equis insidentes, in Capitolium transirent. Mortuo huic tantum aeris populi liberalitate congestum est, ut inde filius visceratione et epulum publice daret.

Manius Curius Dentatus.

Manius Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit. Regressus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint, nisi tantum agri cepissem. Iterum de Sabinis triumphavit. Tertio de Lucanis ovans Urbem introivit. Pyrrhum Epirotam Italia expulit. Quaterna dena agri jugera viritim populo divisit. Sibi deinde totidem constituit, dicens neminem esse debere civem, cui non tantum sufficeret. Legatis Samnitium aurum offerentibus, cum ipse in foco rapa torreret, Malo, inquit, haec in fictilibus meis esse, et aurum habentibus imperare. Cum interversae pecuniae argueretur, guttum ligneum, quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit, juravitque se nihil amplius de praeda hostili in domum suam convertisse. Aquam Anienem de manubiis hostium in Urbem induxit. Tribunus plebis Patres auctores fieri coëgit comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur. Ob haec merita domus ei apud Tiphatam, et agri jugera quingenta publice data.

Appius Claudius Caecus.

Appius Claudius Caecus in Censura Libertinos quoque in Senatum legit; epulandi decantandique jus tibicinibus in publico ademit. Duae familiae ad Herculis sacra sunt destinatae, Potitiorum et Pinariorum. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea servos publicos edo-

In Curio Dentato, Apud Tiphatam] *Locus in Urbe fuit: quod de Campania dicunt, nugae sunt ad hunc quidem locum.*

cerent; unde caecatus est: gens Potitiorum funditus periit. Ne Consulatus cum plebeiis communicaretur, acerrime restitit. Ne Fabius solus ad bellum mitteretur, contradixit. Sabinos, Samnites, Etruscos bello domuit. Viam usque Brundisium lapide stravit: unde illa Appia dicta. Aquam Anienem in Urbem induxit. Censuram solus omni quinquennio obtinuit. Cum de pace Pyrrhi ageretur, et gratia potentum per legatum Cineam pretio quaereretur: senex et caecus lectica in Senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione discussit.

Pyrrhus rex Epirotarum.

Pyrrhus rex Epirotarum, paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis agitaret, et Romanos potentes videret, Appollinem de bello consuluit. Ille ambigue respondit;

Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.

Hoc dicto in voluntatem tracto, auxilio Tarentinorum bellum Romanis intulit: Laevinum Consulem apud Heracleam elephantorum novitate turbavit. Cumque Romanos adversis vulneribus occisos videret, Ego, inquit, talibus viris brevi orbem terrarum subigere potuissem. Amicis gratulantibus, Quid mihi cum tali victoria, inquit, ubi exercitûs robur amittam? Ad vicesimum ab Urbe lapidem castra posuit: captivos Fabricio gratis reddidit. Viso Laevini exercitu, eandem sibi ait adversus Romanos quam Herculi adversus hydram, fuisse fortunam. A Curio et Fabricio superatus, Ta-

In Appio Claudio Caeco, Brundisium usque] *Falsum est. Nam ea tempestate, ex veteris historiae fide, ea via ad Brundisium usque perduci non potuit.*

rentum refugit, in Siciliam trajecit. Mox in Italiam Locros regressus, pecuniam Proserpinae avehere tentavit: sed ea naufragio relata est. Tum in Graeciam regressus, dum Argos oppugnat, ictu tegulae prostratus est. Corpus ad Antigonum regem Macedoniae delatum magnifice sepultum.

Fabricius.

Pyrrhus cum secundo praelio a Romanis esset pulsus Tarentum, interjecto anno contra Pyrrhum Fabricius missus est: qui prius inter legatos solicitari non poterat, quarta parte regni promissa. Cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi quidquam pollicitaretur: quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quae contra caput ejus medicus spopondisset. Tum rex admiratus eum, dixisse fertur; Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo cursu averti posset.

Decius Mus.

Volscinii, Etruriae nobile oppidum, luxuria pene perierunt: nam cum temere servos manumitterent, dein in curiam legerent, consensu eorum oppressi. Cum multa indigna paterentur, clam Roma auxilium petierunt; missusque Decius Mus mox libertinos omnes superavit, in carcere necavit, aut dominis in servitutem restituit.

In Decio Mure, Libertinos omnes, &c] *Posuit libertinos pro libertis, sic et alicubi Plautus.*

Appius Claudius Caudex.

Appius Cladius victis Volsiniensibus, cognomento Caudex dictus, frater Caeci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus est, quorum arcem Carthaginienses et Hiero rex Syracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria nave trajecit, et cum duce Carthaginiensium egit, ut praesidium arce deduceret. Rhegium regressus quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit: ea legionem in Siciliam traduxit. Carthaginienses Messana expulit. Hieronem praelio apud Syracusas in deditionem accepit: qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petiit, iisque postea fidilissimus fuit.

C. Duilius.

Caius Duilius primo Punico bello dux contra Carthaginienses missus, cum videret eos multum mari posse, classem validem fabrefecit: et, quas corvos vocavere, manus ferreas cum irrisu hostium primus instituit; quibus inter pugnandum hostium naves XXX apprehendit, XIII mersit: qui victi et capti sunt. Annibal dux classis, Carthaginem fugit, et a senatu quaesivit, quid faciendum censerent. Omnibus, ut pugnaret, acclamantibus: Feci, inquit, et victus sum, sic poenam crucis effugit. Nam apud Poenos dux, male re gesta, puniebatur. Duilio concessum est, ut praelucente funali, et praecinente tibicine, a coena publice rediret.

A. Atilius Calatinus.

Atilius Calatinus dux Romanorum adversus Carthaginienses missus, ex maximis et munitissimis civitatibus, Enna, Drepano, Lilybaeo, hostilia praesidia dejecit. Panormum cepit. Totam Siciliam pervagatus, paucis navibus magnam ho-

tium classem, duce Amilcare, superavit. Sed cum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, a Poenis in angustiis clausus est, ubi Tribunus militum Calpurnius Flamma, acceptis trecentis sociis, in superiorem locum evasit, Consulem liberavit: ipse cum trecentis pugnans cecidit: postea ab Atilio semianimis inventus est. Senatus magno postea terrori hostibus fuit. Atilius gloriose triumphavit.

M. Atilius Regulus.

Marcus Atilius Regulus Consul, fusis Salentinis triumphavit: primusque Romanorum ducum in Africam classem trajecit: ea quassata de Amilcare naves longas tres et sexaginta accepit. Oppida ducenta, et hominum ducenta millia cepit. Absente eo, conjugi et liberis ob paupertatem sumptus publice dati. Mox arte Xanthippi Lacedaemonii mercenarii militis captus in carcerem missus. Legatus de permutandis captivis Romam missus, dato jurejurando, ut si non impetrâsset, ita demum rediret: in Senatu conditionem dissuasit: rejectisque a se conjuge et liberis, Carthaginem regressus: ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrsum actis, vigiliis ac dolore punitus est.

C. Lutatius Catulus.

Caius Lutatius Catulus primo Punico bello trecentis navibus adversum Poenos profectus, excentas eorum naves commeatibus et aliis oneribus impeditas, duce Annone apud Aegates insulas, inter Siciliam et Africam, depressit, aut cepit, finemque bello imposuit. Pacem petentibus hac conditione concessit; Sicilia, Sardinia et caeteris insulis intra Italiam Africamque de-

In Atilio Regulo, Naves accepit] *Lege* cepit.

cederent: Hiſpania citra Iberum fluvium ut abſtinerent.

Annibal Carthaginienſis dux.

Annibal Amilcaris filius novem annos natus a patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit. Exinde ſocius et miles in caſtris patris fuit. Mortuo eo, cauſam belli querens, Saguntum Romanis foederatam intra ſex menſes evertit. Tum, Alpibus patefactis, in Italiam trajecit. P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium Longum apud Trebiam, Flaminium apud Traſimenum, Paullum et Varronem apud Cannas ſuperavit. Cumque Urbem capere poſſet, in Campaniam devertit, cujus delictis elanguit. Et cum ad tertium ab Urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus, primum a Fabio Maximo fractus, deinde a Valerio Flacco repulſus, a Graccho et Marcello ſugatus, in Africam revocatus, a Scipione ſuperatus, ad Antiochum regem Syriae confugit, eumque hoſtem Romanis fecit: quo victo, ad Pruſiam Bithyniae regem conceſſit: unde Romana legatione per Titum Flaminium repetitus, ne Romanis traderetur, hauſto, quod ſub annuli gemma habebat, veneno, abſumptus eſt, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodieque inſcriptum eſt, ANNIBAL HIC SITUS EST.

Q. Fabius Maximus.

Quinctus Fabius Maximus Cunctator, Verrucoſus a verruca in labris ſita, Ovicula a clementia morum dictus: Conſul de Liguribus triumphavit. Annibalem mora fregit. Minucium magiſtrum Equitum imperio ſibi aequari paſſus eſt: nihilominus periclitanti ſubvenit. Annibalem in agro Falerno incluſit. Manlium Statilium transfugere ad hoſtes volentem, equo et armis donatis retinuit:

t Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris nfrequenti, eandem emptam dono dedit. Tarentum ab hostibus recepit. Herculis signum nde tralatum in Capitolio dedicavit. De reemptione captivorum cum hostibus pepigit: uod pactum cum a Senatu improbaretur, funum suum ducentis millibus vendidit, et fidei uae satisfecit.

P. Scipio Nasica.

Publius Scipio Nasica, a Senatu vir optimus ndicatus, matrem deûm hospicio recepit. Is um adversum auspicia Consulem se a Graccho ominatum comperisset, magistratu se abdicavit. ensor statuas, quas sibi quisque per ambitionem foro ponebat, sustulit. Consul Delminium rbem Delmatarum expugnavit. Imperatoris omen a militibus, et ab Senatu triumphum obtum recusavit: eloquentia primus, juris scienia consultissimus, ingenio sapientissimus: unde ulgo Corculum dictus.

M. Claudius Marcellus.

Marcus Marcellus Virdumarum Gallorum dum singulari praelio fudit. Spolia opima Jovi eretrio tertius a Romulo consecravit. Primus ocuit quomodo milites cederent, nec terga praerent. Annibalem apud Nolam, locorum anistia adjutus, vinci docuit. Syracusas per tres nos expugnavit. Et cum per calumniam umphus ei a Senatu negaretur, de sua sententia Albano monte triumphavit. Quinquies Conl, insidiis Annibalis deceptus occubuit, et magfice sepultus. Ossa Romam remissa a praedobus intercepta perierunt.

Livia Claudia virgo Vestalis.

Annibale Italiam devastante, ex responso librorum Sibyllinorum, mater deûm e Pessinunte arcessita; cum adverso Tiberi veheretur, repente in alto stetit; et cum moveri nullis viribus posset, ex libris cognitum, castissimae demum foeminae manu moveri posse. Tum Claudia, virgo Vestalis, falso incestûs suspecta, deam oravit, ut, si pudicam sciret, sequeretur: et zona imposita navem movit. Simulacrum matris deûm, dum templum aedificatur, Nasicae, qui vir optimus judicabatur, quasi hospiti datum.

M. Portius Cato Censorius.

Marcus Portius Cato, genere Tusculanus, a Valerio Flacco Romam solicitatus: Tribunus militum in Sicilia; Quaestor sub Scipione fortissimus; Praetor justissimus fuit: in Praetura Sardiniam subegit, ubi ab Ennio Graecis literis institutus. Consul Celtiberos domuit: et ne rebellare possent, literas ad civitates singulas misit, ut muros diruerent: cum unaquaeque sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello Tribunus militum sub M. Acilio Glabrione, occupatis Thermopylarum jugis, praesidium hostium depulit. Censor L. Flaminium Consularem Senatu movit, quod ille in Gallia, ad cujusdam scorti spectaculum, eductum quendam e carcere in convivio jugulari jussisset. Basilicam suo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta Oppia lege repetentibus restitit. Accusator assiduus malorum, Galbam octogenarius accusavit: ipse quadragies quater accusatus, gloriose absolutus. Carthaginem delendam censuit. Post octoginta annos

In Livia Claudia, Ex libris] *Simpliciter pro libris Sybyllinis.*

filium genuit: imago hujus, funeris gratia, produci solet.

C. Claudius Nero, et Asdrubal frater Annibalis.

Asdrubal frater Annibalis, ingentibus copiis in Italiam trajecit: actumque erat de Romano imperio, si jungere se Annibali potuisset. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum Annibale castra conjunxerat, relicta in castris parte, cum delectis ad Asdrubalem properavit, et se Livio collegae apud Senam oppidum et Metaurum flumen conjunxit: amboque Asdrubalem vicerunt. Nero regressus pari celeritate qua iverat, caput Asdrubalis ante vallum Annibalis projecit: quo ille viso, vinci se fortuna Carthaginis confessus est. Ob haec Livius triumphans, Nero ovans, Urbem introierunt.

P. Cornelius Scipio Africanus.

Publiùs Scipio ex virtutibus cognominatus Africanus, Jovis filius creditur: nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris ejus apparuit; et ipsi parvulo draco circumfusus nihil nocuit. In Capitolium intempesta nocte eunti nunquam canes allatraverunt. Nec hic quidquam prius coepit, quam in cella Jovis diutissime sedisset, quasi divinam mentem acciperet. Decem et octo annorum patrem apud Ticinum singulari virtute servavit. Clade Cannensi nobilissimos juvenes, Italiam deserere cupientes, sua auctoritate compescuit. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Viginti quatuor annorum Praetor in Hispaniam missus, Carthaginem novam, qua die venit, cepit. Virginem pulcherrimam, ad cujus aspectum concurrebatur,

In Scipione, In cella Jovis] *Ostendi super ad Anacreontem quid sit* cella Dei.

ad se vetuit adduci, patrique ejus ac sponso restitui jussit. Asdrubalem Magonemque, fratres Annibalis, Hispania expulit: amicitiam cum Syphace Maurorum rege conjunxit. Masinissam in societatem recepit. Victor domum regressus, Consul ante annos factus, concedente collega, in Africam classe trajecit. Asdrubalis et Syphacis castra una nocte perrupit. Revocatum ex Italia Annibalem superavit. Victis Carthaginiensibus leges imposuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit; captum filium gratis recepit. A Petilliis ac Naevio Tribunis plebis repetundarum accusatus librum rationum in conspectu populi scidit: Hac die, inquit, Carthaginem vici: bonum factum: in Capitolium eamus, et dîs supplicemus. Inde in voluntarium exilium concessit; ubi reliquam egit aetatem. Moriens ab uxore petiit, ne corpus suum Romam referretur.

M. Livius Salinator.

Livius Salinator, primo Consul de Illyriis triumphavit; tandem ex invidia peculatûs reus ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo Consul, ne Respublica discordia male administraretur, amicitiam cum eo junxit, et devicto Asdrubale triumphavit. Censor cum eodem collega omnes tribus, excepta Metia, aerarias fecit: stipendio privavit, eo crimine, quod aut prius se injuste condemnâssent, aut postea tantos honores non recte tribuissent.

T. Quinctius Flaminius.

Titus Quinctius Flaminius (Flaminii, qui apud Trasimenum periit, filius) Consul, Macedoniam sortitus, ducibus Charopis principis pastoribus, provinciam ingressus, regem Philippum praelio fudit, castris exuit. Filium ejus Demetrium

obſidem accepit: quem pecunia multatum in regnum reſtituit. A Nabide quoque Lacedaemonio filium obſidem accepit. Liberos etiam Graecos Nemeae per praeconem pronunciavit. Legatus etiam ad Pruſiam, ut Annibalem repeteret, miſſus.

M. Fulvius Nobilior.

Marcus Fulvius Nobilior Praetor Hiſpanos ſuperavit: unde ovans Urbem introiit. Conſul Aetolos Ambraciotaſque, qui bello Macedonico Romanis adfuerant, poſt ad Antiochum defecerant, praeliis frequentibus victos, et in Ambraciam oppidum coactos, in deditionem accepit; tantum ſignis tabuliſque pictis ſpoliavit: de quibus triumphavit. Quam victoriam per ſe magnificam, Quinctus Ennius amicus ejus, inſigni laude celebravit.

L. Scipio Aſiaticus.

Scipio Aſiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine a fratre laudatus, Conſul, Antiochum regem Syriae, legato fratre, apud Sipylum montem, cum arcus hoſtium pluvia hebetati ſuiſſent, vicit: et regni relicti a patre parte privavit: hinc Aſiaticus dictus. Poſt reus pecuniae interceptae, ne in carcerem duceretur, Gracchus pater Tribunus plebis, licet inimicus ejus, interceſſit. M. Cato Cenſor equum ei ignominiae cauſa ademit.

Antiochus rex Syriae.

Antiochus Syriae rex, nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, ſpecie Lyſimachiae repe-

In Fulvio Nobiliore, De quibus triumphavit] *Lege* deque iis triumphavit.

tundae, quam a majoribus suis in Thracia conditam Romani possidebant: statimque Graeciam insulasque ejus occupavit. In Euboea luxuria elanguit. Adventu Acilii Glabrionis excitatus, Thermopylas occupavit: unde industria Marci Catonis ejectus, in Asiam refugit. Navali praelio, cui Annibalem praefecerat, a L. Aemilio Regillo superatus: filium Scipionis Africani, quem inter navigandum ceperat, patri remisit: qui ei, pro reddenda gratia, suasit, ut amicitiam Romanam peteret: Antiochus, spreto consilio, apud Sipylum montem cum L. Scipione conflixit: victus, et ultra Taurum montem relegatus, a sodalibus, quos temulentus in convivio pulsaverat, occisus est.

Cn. Manlius Vulso.

Cnaeus Manlius Vulso Consul, missus ad ordinandam Scipionis Asiatici provinciam, cupiditate triumphi bellum Pisidis et Gallograecis, qui Antiocho adfuerant, intulit. His facile victis, inter captivos uxor regis Orgiagontis centurioni cuidam in custodiam data: a quo vi stuprata de injuria tacuit; et post, impetrata redemptione, marito adulterum centurionem interficiendum tradidit.

L. Aemilius Paulus Macedonicus.

Lucius Paulus Aemilius, filius ejus qui apud Cannas cecidit, primo Consulatu, quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphavit. Rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit. Iterum Consul Persen Philippi filium, regem Macedonum, apud Samothracas cepit; victum flevit, et assidere sibi jussit: tamen in triumphum duxit. In hac laetitia duos filios amisit: et progressus ad populum, gratias Fortunae egit, quod si quid adversi Reipublicae immi-

nebat, sua esset calamitate decisum. Ob haec omnia, ei a populo et a Senatu concessum est, ut ludis Circensibus triumphali veste uteretur. Ob hujus continentiam et paupertatem, post mortem ejus, dos uxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolvi.

Tiberius Sempronius Gracchus.

Tiberius Sempronius Gracchus, nobilissima familia ortus, Scipionem Asiaticum, quamvis inimicum, duci in carcerem non est passus. Praetor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam: tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret, *Sardi venales.* Censor libertinos, qui rusticas tribus occupârant, in quatuor urbanas divisit; ob quod a populo collega ejus Claudius (nam ipsum auctoritas tuebatur) reus factus est: et cum eum duae classes condemnâssent, Tiberius juravit se cum illo in exsilium iturum: ita reus absolutus est. Cum in domo Tiberii duo angues e geniali toro repsissent, responso dato, eum de dominis periturum, cujus sexûs anguis fuisset occisus: amore Cornelii conjugis marem jussit interfici.

P. Scipio Aemilianus.

Publius Scipio Aemilianus, Pauli Macedonici filius, a Scipione Africano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum Persen tam pertinaciter persecutus est, ut media nocte in castra redierit. Lucullo in Hispania legatus, apud Intercatiam oppidum provocatorem singulari praelio vicit. Muros hostilis civitatis primus ascendit.

In Tib. Semp. Gracchо, In quatuor urbanas] *Bene, nam urbanae tribus minoris erant dignitatis quam rusticae.*

Tribunus in Africa ſub M. Manilio Imperatore, cohortes octo obſidione vallatas conſilio et virtute ſervavit, a quibus corona obſidionali aurea donatus. Cum Aedilitatem peteret, Conſul ante annos ultro factus, Carthaginem intra ſex menſes delevit. Numantiam in Hiſpania, correcta prius militum diſciplina, fame vicit; hinc Numantinus dictus. Caio Laelio plurimum uſus, ad reges adeundos miſſus, duos ſecum, praeter eum, ſervos duxit. Ob res geſtas ſuperbus, Gracchum jure caeſum videri reſpondit, obſtrepente populo, Taceant, inquit, quibus Italia noverca, non mater eſt: addidit, Quos ſub corona vendidi. Cenſor, Mummio collega ſegniore, in Senatu ait, Utinam mihi collegam aut dediſſetis, aut non dediſſetis. Suſcepta agrariorum cauſa domi repente exanimis inventus, obvoluto capite elatus eſt, ne livor in ore appareret. Hujus patrimonium tam exiguum fuit, ut XXXII libras argenti, duas et ſelibram auri reliquerit.

C. Hoſtilius Mancinus.

Caius Hoſtilius Mancinus Conſul adverſum Numantinos, vetantibus avibus, et neſcio qua voce revocante, profectus, cum ad Numantiam veniſſet, exercitum Popilii acceptum prius corrigere decrevit: inde ſolitudinem petit. Eo die Numantini forte ſolenni nuptu filias locabant: et unam ſpecioſam duobus competentibus, pater puellae conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui hoſtis dextram retuliſſet. Profecti juvenes, abſceſſum Romanorum in modum fugae properantium cognoſcunt: rem ad ſuos referunt. Illi

In Scipione Aemiliano, Quibus Italia noverca eſt] *Ergo peregrini ſunt, non Romani, non Itali.*

Quos ſub corona vendidi] *Itaque non ſunt Romani, ſed captivi, ſed ſervi.*

ſtatim quatuor millibus, viginti millia Romanorum cecîderunt. Mancinus, auctore Tiberio Graccho quaeſtore ſuo, in leges hoſtium foedus percuſſit: quo per Senatum improbato, Mancinus Numantinis deditus, nec receptus, augurio in caſtra deductus, Praeturam poſtea conſecutus eſt.

L. Mummius Achaicus.

Lucius Mummius, devicta Achaia, Achaicus: Conſul adverſus Corinthios miſſos, victoriam alieno labore quaeſitam intercepit. Nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heracleam fudiſſet, et duce Critolao privâſſet, cum lictoribus et paucis equitibus in Metelli caſtra properavit, et Corinthios apud Leucopetram vicit duce Diaeo, qui domum refugit, eamque incendit: conjugem interfecit, et in ignem praecipitavit; ipſe veneno interiit. Mummius Corinthum ſignis tabuliſque ſpoliavit: quibus cum totam replêſſet Italiam, in domum ſuum nihil contulit.

Q. Caecilius Metellus Macedonicus.

Quinctius Caecilius Metellus, a domita Macedonia, Macedonicus: Praetor Pſeudophilippum, qui idem Andriſcus dictus eſt, vicit. Achaeos bis praelio fudit: triumphandos Mummio tradidit. Inviſus plebi ob nimiam ſeveritatem: et ideo poſt duas repulſas Conſul aegre factus, Arbachos in Hiſpania domuit. Apud Contebriam oppidum cohortes loco pulſas redire et locum recipere juſſit. Cum omnia proprio et ſubito conſilio ageret, amico cuidam quid acturus eſſet roganti, Tunicam, inquit, meam exurerem, ſi eam conſilium meum ſcire exiſtimarem. Hic quatuor filiorum pater, ſupremo tempore, humeris eorum ad ſepulchrum elatus eſt: ex

quibus tres Consulares, unum etiam triumphantem vidit.

Q. Caecilius Metellus Numidicus.

Quinctius Caecilius Metellus, Numidicus, quia Consul de Jugurtha rege Numidiae triumphavit. Censor Quinctium, qui se Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in censum non recepit. Idem in legem Apuleiam per vim latam jurare noluit: quare in exsilium actus, Smyrnae exsulavit. Calidia deinde rogatione revocatus, cum ludis forte literas in theatro accepisset, non prius eas legere dignatus est quam spectaculum finiretur. Metellae sororis suae virum laudare noluit, quod is solus judicium contra leges detractârat.

Q. Metellus Pius.

Quinctus Metellus Pius, Numidici filius, Pius, quia patrem lacrymis et precibus assidue ab exsilio revocavit: Praetor bello sociali, Q. Popedium, Marsorum ducem, interfecit. Consul in Hispania Herculeios fratres oppressit: Sertorium Hispania expulit. Adolescens in petitione Praeturae et Pontificatûs, Consularibus viris praelatus est.

Tiberius Gracchus.

Tiberius Gracchus, Africani ex filia nepos, quaestor Mancino in Hispania, foedus ejus flagitiosum probavit. Periculum deditionis eloquentiae gratia effugit. Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus quingenta agri jugera haberet. Octavio collegae intercedenti, novo exemplo magistratum abrogavit. Dein tulit, ut ea familia, quae ex Attali haereditate erat, ageretur: ut populo divideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatem vellet, adversis auspiciis in publicum processit, statimque Capitolium petiit, manum ad

caput referens, quo salutem suam populo commendabat. Hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceret: segniterque cessante Mucio Consule; Scipio Nasica sequi se jussis, qui salvam Rempublicam vellent, Gracchum in Capitolium persecutus oppressit. Cujus corpus Lucretii Aedilis manu in Tiberim missum, unde ille Vesillo dictus. Nasica, ut invidiae subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est.

C. Gracchus.

Caius Gracchus pestilentem Sardiniam Quaestor sortitus, non veniente successore, sua sponte discessit. Asculanae et Fregellanae defectionis invidiam sustinuit. Tribunus plebis agrarias et frumentarias leges tulit: colonos etiam Capuam et Tarentum mittendos censuit. Triumviros agris dividundis se, et Fulvium Flaccum, et C. Crassum constituit. Minucio Rufo Tribuno plebis legibus suis obrogante, in Capitolium venit: ubi cum Attilius, praeco Opimii Consulis, in turba fuisset occisus, in forum descendit, et imprudens concionem a Tribuno plebis avocavit; quare arcessitus, cum in Senatum non venisset, armata familia Aventinum occupavit; ubi ab Opimio victus, dum a templo Dianae desilit, talum in sorsit, et Pomponio amico apud portam Trigeminam, P. Laetorio in ponte Sublicio persequentibus resistente, in lucum Furinae pervenit. Ibi vel sua, vel servi Euphori manu interfectus: caput a Septimuleio amico Gracchi ad Opimium relatum, auro expensum fertur, propter avaritiam infuso plumbo gravius effectum.

M. Livius Drusus.

Marcus Livius Drusus, genere et eloquentia magnus, sed ambitiosus et superbus, Aedilis mu-

nus magnificentissimum dedit: ubi Remmio collegae, quaedam de utilitate Reipublicae suggerenti, Quid tibi, inquit, cum Republica nostra? Quaestor in Asia nullis insignibus uti voluit, ne quid ipso esset insignius. Tribunus plebis Latinis civitatem, plebi agros, equitibus curiam, Senatui judicia permisit. Nimiae liberalitatis fuit: ipse etiam professus, nemini se ad largiendum praeter coelum et coenum reliquisse: ideoque cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. Magulsam Mauritaniae principem, ob regis simultatem profugum, accepta pecunia, Boccho prodidit: quem ille elephanto objecit. Adherbalem filium regis Numidarum obsidem domi suae suppressit, redemptionem ejus occultam a patre sperans. Caepionem inimicum actionibus suis resistentem, ait se de saxo Tarpeio praecipitaturum. Philippo Consuli legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis effluereet e naribus: quam ille, luxuriam opprobrans, muriam de turdis esse dicebat. Idem ex gratia nimia in invidiam venit, nam plebs acceptis agris gaudebat, expulsi dolebant. equites in Senatum lecti laetabantur; sed praeteriti querebantur: Senatus permissis judiciis exsultabat; sed societatem cum equitibus aegre ferebat. Unde Livius anxius, ut Latinorum postulata differret, qui promissam civitatem flagitabant, repente in publico concidit, sive morbo comitiali seu hausto caprino sanguine semianimis domum relatus. Vota pro illo per Italiam publice suscepta sunt: et

In Marco Livio Druso, Ut multus sanguis effluereet e naribus: quam ille luxuriam opprobrans, muriam, &c.] *Pro* quam *scribe* quem, *et locum integrum sic distingue:* Ut multus sanguis effluereet e naribus: *QUEM* ille luxuriam opprobrans, muriam de turdis esse dicebat.

cum Latini Consulem in Albano monte interfecturi essent, Philippum admonuit ut caveret: unde in Senatu accusatus, cum domum se reciperet, immisso inter turbam percussore, corruit. Invidia caedis apud Philippum, et Caepionem fuit.

C. Marius pater.

Caius Marius septies Consul, Arpinas, humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia, criminando eum, Consulatum adeptus, Jugurtham captum ante currum egit. In proximum annum Consul ultro factus, Teutones in Gallia apud Aquas Sextias, Cimbros in Italia in campo Raudio vicit, deque his triumphavit. Sexies Consul per ordinem factus, Apuleium Saturninum Trib. plebis, et Glauciam Praetorem seditiosos, ex Senatûsconsulto interemit. Et cum Sulpicia rogatione provinciam Sullae eriperet, armis ab eo victus, Minturnis in palude delituit. Inventus, et in carcerem conjectus, immissum percussorem Gallum vultûs auctoritate deterruit: acceptaque navicula in Africam trajecit: ibi diu exsulavit. Mox Cinnana dominatione revocatus, ruptis ergastulis, exercitum fecit: caesisque inimicis injuriam ultus, septimo Consulatu, ut quidam ferunt, voluntaria morte decessit.

C. Marius filius.

Caius Marius filius viginti quinque annorum Consulatum invasit: quem honorem tam imma-

In Caio Mario patre, In campo Raudio] *Sic lege, non* Claudio, *ut in aliis. Raudius campus in Gallica Italia: at Claudium seu furculas Caudinas in Samnitibus ponunt veteres.*

Ibi diu exsulavit] *Lege*, Ibique exsulavit.

tnrum mater flevit. Hic patri saevitia similis, curiam armatus obsedit, inimicos trucidavit, quorum corpora in Tiberim praecipitavit. In apparatu belli quod contra Sullam parabatur, apud Sacriportum vigiliis et labore defessus, sub dio requievit: et absens victus, fugae, non pugnae interfuit. Praeneste refugit: ubi per Lucretiam Offellam obsessus, tentata per enniculum fuga, cum omnia septa intelligeret, jugulandum se Pontio Telesino praebuit.

L. Cornelius Cinna.

Lucius Cornelius Cinna flagitiosissimus, Rempublicam summa crudelitate vastavit. Primo Consulatu legem de exsulibus revocandis ferens, ab Octavio collega prohibitus, et honore privatus, Urbe profugit: vocatisque ad pileum servis, adversarios vicit: Octavium interfecit: Janiculum occupavit. Iterum et tertium Consulem se ipse fecit. Quarto Consulatu cum bellum contra Sullam pararet, Anconae ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occisus est.

C. Flavius Fimbria.

Caius Flavius Fimbria, saevissimus quippe Cinnae satelles, Valerio Flacco Consuli legatus in Asiam profectus, per simultatem dimissus, corrupto exercitu, ducem interficiendum curavit. Ipse correptis imperii insignibus, provinciam ingressus, Mithridatem Pergamo expulit. Ilium, ubi tardius portae patuerant, incendi jussit: ubi Minervae templum inviolatum stetit, quod divina majestate servatum nemo dubitavit. Ibidem Fimbria militiae principes securi percussit: mox a Sulla Pergami obsessus, corrupto exercitu desertus semet occidit.

Viriathus Lusitanus.

Viriathus genere Lusitanus, ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate venator, audacia latro, ad postremum dux, bellum adversum Romanos sumpsit, eorumque Imperatorem Claudium Unimanum, dein C. Nigidium oppressit. Pacem a populo Romano maluit integer petere, quam victus: et cum alia dedisset, et arma retinerentur, bellum renovavit. Caepio cum vincere eum aliter non posset, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriathum humi depositum peremerunt. Quae victoria, quia empta erat, a Senatu non probata.

M. Aemilius Scaurus.

Marcus Aemilius Scaurus nobilis, pauper; nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Ipse primo dubitavit, honores peteret, an argentarium faceret: sed eloquentiae consultus, ex ea gloriam peperit. Primo in Hispania corniculo meruit. Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Aedilis, juri reddendo magis, quam muneri edendo studuit. Legatus Calpurnii, Jugurthae adversus: tandem ejus pecunia victus. Consul legem de sumptibus et libertinorum suffragiis tulit. P. Decium Praetorem transeunte ipso sedentem jussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit: ne quis ad eum in jus iret, edixit. Consul Ligures et Gantiscos domuit, atque de his triumphavit. Censor viam Aemiliam stravit: pontem Mulvium fecit. Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam et Saturninum, privato Consilio armaret. Idem filium suum, quia praesidium deseruerat, in conspectum

In Viriatho, Alia dedisset] *Scribe* dedidisset.

ſuum vetuit accedere: ille ob hoc dedecus ſibi mortem conſcivit. Scaurus ſenex, cum a Vario Tribuno plebis argueretur, quaſi ſocios et Latium ad arma coëgiſſet, apud populum, ait: Varius Sucronenſis Aemilium Scaurum ait ſocios ad arma coëgiſſe; Scaurus negat: utri potius credendum putatis?

L. Appuleius Saturninus.

Lucius Appuleius Saturninus, Tribunus plebis ſeditioſus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis centena agri jugera in Africa dividerentur: intercedentem Baebium collegam, facta per populum lapidatione, ſubmovit: Glaucii Praetori, quod is eo die, quo ipſe concionem habebat, jus dicendo partem populi avocâſſet, ſellam concîdit, ut magis popularis videretur. Quendam libertini ordinis ſubornavit, qui ſe Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium Sempronia ſoror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familiae agnoſceret. Saturninus, Aulo Nonio competitore interfecto, Tribunus plebis refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam novis colonis deſtinavit, et aurum, dolo, an ſcelere Caepionis partum, ad emptionem agrorum convertit. Aqua et igni interdixit ei, qui in leges ſuas non jurâſſet: huic legi multis nobilibus obrogantibus, cum tonuiſſet, clamavit: Jam, inquit, niſi quieſcitis, grandinabit. Metellus Numidicus exſulare quam jurare maluit. Saturninus tertio Tribunus plebis refectus, ut ſatellitem ſuum Glauciam Praetorem, Conſulem faceret, Memmium competitorem ejus in campo Martio necandum curavit. Marius Senatus-conſulto armatus, quod cen-

In Appuleio Saturnino, Niſi quieſcitis] *Vox eſt imperioſiſſima.* Quieſcite, *Terent. Plaut. Cic.*

ſebatur, darent operam Conſules, ne quid Reſpublica detrimenti caperet; Saturninum et Glauciam in Capitolium perſecutus obſedit, maximoque aſtu inciſis fiſtulis in deditionem accepit: nec deditis fides ſervata. Glauciae fracta cervix: Appuleius cum in curiam fugiſſet, lapidibus et tegulis deſuper interfectus eſt. Caput ejus Rabirius quidam Senator per convivia in ludibrium circumtulit.

L. Licinius Lucullus.

Lucius Lucullus nobilis, diſertus et dives, munus quaeſtorium ampliſſimum dedit. Ptolemaeum regem Alexandriae Conſuli Sullae conciliavit: et mox per murenam in Aſia claſſem Mithridatis. Praetor Africam juſtiſſime rexit. Adverſus Mithridatem Conſul miſſus, collegam ſuam Cottam Chalcedone obſeſſum liberavit. Cyzicum obſidio ſolvit: Mithridatis copias ferro et fame afflixit, eumque regno ſuo Ponto expulit. Quem rurſum cum Tigranae rege Armeniae ſubveniente magna felicitate ſuperavit. Nimius in habitu, maxime ſignorum et tabularum amore flagravit. Poſt, cum alienata mente deſipere coepiſſet: tutela ejus M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

L. Cornelius Sulla.

Cornelius Sulla, a fortuna Felix dictus, cum parvulus a nutrice ferretur, mulier obvia, Salve, inquit, puer, tibi et Reipub. tuae felix: et ſtatim quaeſita quae hoc dixiſſet, non potuit inveniri. Hic quaeſtor Marii, Jugurtham a Boccho in deditionem accepit. Bello Cimbrico et Teutonico legatus, bonam operam navavit. Praetor inter cives jus dixit. Praetor Ciliciam provinciam habuit. Bello ſociali Samnites Irpinoſque ſuperavit. Ne monumenta Bocchi tollerentur, Mario reſtitit. Conſul Aſiam ſortitus, Mithridatem apud Orcho-

menum et Chaeroneam praelio fudit. Archelaum praefectum ejus Athenis vicit. Portum Piraeum recepit. Enetos et Dardanos in itinere superavit. Cum rogatione Sulpicia imperium ejus transferretur ad Marium, in Italiam regressus, corruptis adversariorum exercitibus, Carbonem Italia expulit: Marium filium apud Sacriportum, Telesinam apud portam Collinam vicit, Mario Praeneste interfecto, Felicem se edicto appellavit. Proscriptionis tabulas primus proposuit. Novem millia deditorum in villa publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit: Tribunitiam potestatem minuit. Republica ordinata Dictaturam deposuit: unde sperni coeptus, Puteolos concessit, et morbo, qui phthiriasis vocatur, interiit.

Mithridates rex Ponti.

Mithridates rex Ponti, oriundus a septem Persis, magna vi animi et corporis, ut sex juges equos regeret, duarum et viginti gentium ore loqueretur. Bello sociali diffidentibus Romanis, Nicomedem Bythynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. Literas per totam Asiam misit, ut quicunque Romanus esset, certa die interficeretur: et factum est. Graeciam insulasque omnes, excepta Rhodo, occupavit. Sulla eum praelio vicit, classem ejus proditione Archelai intercepit: ipsum apud Orchomenum oppidum fudit; et oppressisset, nisi adversum Marium festinans, qualemcunque pacem componere maluisset. Deinde eum Cabiris resistentem Lucullus fudit. Mithridates post a Pompeio nocturno praelio victus, in regnum confugit: ubi per seditionem popularium a Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumpsit. Quod

In Sulla, Imperium] *Id est*, provincia.
Deditorum] *Malim*, Deditiorum.

cum tardius subiret, quia adversum venena multis antea medicaminibus corpus firmârat, immissum percussorem Gallum Sithocum, auctoritate vultûs territum revocavit, et in caedem suam manum trepidantis adjuvit.

Cn. Pompeius Magnus.

Cn. Pompeius Magnus, civili bello Sullae partes secutus, ita egit, ut ab eo maxime diligeretur. Siciliam sine bello a proscriptis recepit. Numidiam Hiarbae ereptam, Masinissae restituit. Viginti sex annos natus triumphavit. Lepidum, acta Sullae rescindere volentem, privatus Italia fugavit. Praetor in Hispaniam pro Consulibus missus Sertorium vicit. Mox piratas intra quadragesimum diem subegit. Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. Deinde mira felicitate et celeritate nunc in septemtrione Albanos, Colchos, Heniochos, Caspios, Iberos: tunc in Oriente Parthos, Arabas, atque Judaeos cum magno sui terrore penetravit. Primus in Hircanum, Caspium, Rubrum, et Arabicum mare usque pervenit. Mox, cum diviso orbis imperio, Crassus Syriam, Caesar Galliam, Pompeius Urbem obtineret, post caedem Crassi, Caesarem dimittere exercitum jussit: cujus infesto adventu Urbe pulsus, in Pharsalia victus, ad Ptolemaeum Alexandriae regem confugit. Ejus imperio ab Achilla et Pothino satellitibus occisus est. Hujus latus sub oculis uxoris et liberorum a Septimio Ptolemaei praefecto mucrone confossum est: jamque defuncti caput gladio praecisum, quod usque ad ea tempora fuerat adoratum. Truncus Nilo jactus, a Servio Codro rogo inustus,

In Pompeio Magno, Nilo jactus] *Poeticum est pro* in Nilum. *Virg.* projecit fluvio, &c. *id est,* in fluvium.

humatusque est, inscribente sepulchro, HIC SITUS EST MAGNUS POMPEIUS. Caput ab Achilla Ptolemaei satellite, Aegyptio velamine involutum, cum annulo Ceasari praesentatum est: qui non continens lacrymas, illud plurimis et pretiosissimis odoribus cremandum curavit.

Julius Caesar.

Caius Julius Caesar, veneratione rerum gestarum Divus dictus: contubernalis Thermo in Asiam profectus; cum saepe ad Nicomedem regem Bythyniae commearet, impudicitiae infamatus est. Mox Dolabellam judicio oppressit. Dum studiorum causa Rhodum petit, a piratis captus et redemptus, eosdem et postea captos punivit. Praetor Lusitaniam, et post Galliam, ab Alpibus usque, et Oceanum bis classe transgressus, Britanniam subegit. Cum ei triumphus a Pompeio negaretur, armis eum Urbe pulsum in Pharsalia vicit. Capite ejus ablato, flevit; et honorifice sepeliri fecit: mox a satellitibus Ptolemaei obsessus, eorum, et regis nece Pompeio parentavit. Pharnacem Mithridatis filium fama nominis fugavit. Jubam et Scipionem in Africa, Pompeios juvenes in Hispania apud Mundam oppidum ingenti praelio vicit; deinde ignoscendo amicis odia cum armis deposuit: nam Lentulum tantum, et Afranium, et Faustum Sullae filium jussit occidi. Dictator in perpetuum factus a Senatu, in curia, Cassio et Bruto caedis auctoribus, tribus et viginti vulneribus occisus est: cujus corpore pro rostris posito, Sol orbem suum celasse dicitur.

Octavianus Caesar.

Caesar Octavianus ex Octavia familia in Juliam translatus, in ultionem Julii Caesaris, a quo

haeres fuerat institutus, Brutum et Cassium caedis auctores in Macedonia vicit: Sextum Pompeium, Cn. Pompei F. bona paterna repetentem, in freto Siculo superavit: Marcum Antonium Consulem Syriam obtinentem, amore Cleopatrae devinctum, in Actiaco Ambraciae littore debellavit: reliquam orbis partem per legatos domuit. Huic Parthi signa, quae Crasso sustulerant, ultro reddiderunt. Indi, Scythae, Sarmatae, Daci, quos non domuerat, dona miserunt. Jani Gemini portas bis ante se clausas, primo sub Numa, iterum post primum Punicum bellum, sua manu clausit. Dictator in perpetuum factus, a Senatu ob res gestas Divus Augustus est appellatus.

Cato Praetorius.

Cato Praetorius, Catonis Censorii pronepos, cum in domo avunculi Drusi educaretur, nec pretio, nec minis potuit adduci a Q. Pompedio Silone Marsorum principe ut favere se causae Sociorum diceret. Quaestor in Cyprum missus ad vehendam ex Ptolemaei haereditate pecuniam, cum summa eam fide perduxit: praeterea conjuratos puniendos censuit. Bello civili, Pompeii partes secutus est: quo victo, exercitum per deserta Africae duxit, ubi Scipioni Consulari delatum ad se imperium concessit. Victis partibus, Uticam concessit, ubi filium hortatus, ut clementiam Caesaris experiretur, ipse lecto Platonis libro, qui De bonis mortis est, semet occidit.

M. Tullius Cicero.

Marcus Tullius Cicero, genere Arpinas, patre equite Romano natus, genus a Tito Tatio rege duxit. Adolescens Rosciano judicio eloquentiam,

In Catone Praetorio, De bonis mortis est] *Inscribitur Phaedon. In eum librum extat Callimachi Epigramma, quod interpretes nondum intellexerunt.*

et libertatem ſuam adverſus Sullanos oſtendit: ex quo veritus invidiam Athenas ſtudiorum gratia petivit, ubi Antiochum Academicum philoſophum ſtudioſe audivit: inde eloquentiae gratia Aſiam, poſt Rhodum petiit, ubi Molonem Graecum, rhetorem tum diſertiſſimum, magiſtrum habuit, qui fleſſe dicitur quod per hunc Graecia eloquentiae laude privatetur. Quaeſtor Siciliam habuit. Aedilis C. Verrem repetundarum damnavit. Praetor Ciliciam latrociniis liberavit. Conſul conjuratos capite punivit. Mox invidia P. Clodii, inſtinctuque Caeſaris et Pompeii, quos dominationis ſuſpectos, eadem, qua quondam Sullanos, libertate perſtrinxerat, ſolicitatis Piſone et Gabinio Conſulibus, qui Macedoniam Syriamque provincias in ſtipendium opera hujus acceperant, in exſilium actus: mox, ipſo referente Pompeio, rediit, eumque bello civili ſecutus eſt. Quo victo, veniam a Caeſare ultro accepit: quo interfecto Auguſtum fovit; Antonium hoſtem judicavit. Et cum III viros ſe feciſſent Caeſar, Lepidus, Antoniuſque, concordia non aliter viſa eſt inter eos jungi poſſe, niſi Tullius necaretur: qui, immiſſis ab Antonio percuſſoribus, cum forte Formiis quieſceret, imminens exitium corvi auſpicio didicit, et fugiens occiſus eſt. Caput ad Antonium relatum.

Marcus Brutus.

Marcus Brutus avunculi Catonis imitator, Athenis philoſophiam, Rhodi eloquentiam didicit. Cytheridem mimam cum Antonio et Gallo amavit. Quaeſtor in Galliam proficiſci noluit, quod is bonis omnibus diſplicebat. Cum Appio Claudio in Cilicia fuit: et cum ille repetundarum accuſaretur, ipſe ne verbo quidem infamatus eſt. Civili bello a Catone ex Cilicia retractus, Pompeium ſecutus eſt: quo victo, veniam a Caeſare accepit, et Proconſul Galliam rexit: tamen cum

liis conjuratis in curia Caesarem occîdit. Et ob nvidiam veteranorum in Macedoniam missus, ab Augusto in campis Philippicis victus, Stratoni ervicem praebuit.

C. Cassius Longinus.

Caius Cassius Longinus Quaestor Crassi in Syria fuit, post cujus caedem, collectis reliquiis, in Syriam rediit. Osacem praefectum regium apud Orontem fluvium superavit. Dein quod coëmptis Syriacis mercibus foedissime negotiaretur, Carvo- cognominatus est. Trib. pleb. Caesarem oppugnavit. Bello civili Pompeium secutus classi raefuit: a Caesare veniam accepit, tamen adversus eum conjurationis auctor cum Bruto fuit, et caede dubitanti cuidam, vel per me, inquit, eri: magnoque exercitu comparato, in Macedonia Bruto conjunctus in campis Philippicis ab Antonio victus, cum eandem fortunam Bruti puaret, qui Caesarem vicerat, Pandaro liberto jugulum praebuit. Cujus morte audita, Antonius xclamâsse dicitur, Vici.

Sextus Pompeius.

Sextus Pompeius in Hispania apud Mundam ictus, amisso fratre, reliquiis exercitûs collectis, iciliam petiit; ubi ruptis ergastulis mare obsedit. nterceptis commeatibus Italiam vexavit: et um mari feliciter uteretur, Neptuni se filium onfessus est, eumque bobus auratis et equo lacavit. Pace facta epulatus in navi cum Antonio et Caesare non invenuste ait, Hae sunt eae carinae: quia Romae in Carinis domum e-

In Sexto Pompeio, Neptuni se filium] *Unde et* eptunius *ab Horatio dicitur per derisum.*

Confessus est] *Id est, palam professus est.*

In Carinis] *Regio urbis Romanae erat inter lautissimas, unde Virg.* Lautis mugire Carinis.

jus Antonius tenebat. Rupto per eundem Antonium foedere, Sextus ab Augusto per Agrippam navali praelio victus in Asiam fugit, ubi ab Antonianis militibus occisus est.

Marcus Antonius.

Marcus Antonius in omnibus expeditionibus Julio Caesari comes, Lupercalibus diadema ei imponere tentavit: mortuo divinos honores decrevit. Augustum perfidiose tractavit: a quo apud Mutinam victus, Perusii fame domitus, in Galliam fugit: ibi Lepidum sibi collegam adjunxit: Brutum, exercitu ejus corrupto, occîdit. Reparatis viribus in Italiam regressus, cum Caesare in gratiam rediit. Triumvir factus proscriptionem a Lucio Caesare avunculo suo coepit. In Syriam missus bellum Parthis intulit: a quibus victus, vix tertiam partem de quindecim legionibus in Aegyptum perduxit: ibi Cleopatrae amore devinctus, in Actiaco littore ab Augusto victus est. In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem sibi conscivit.

Cleopatra regina.

Cleopatra Ptolemaei regis Aegyptiorum filia, a fratre suo Ptolemaeo eodemque marito, quem fraudare regno voluerat, pulsa, ad Caesarem bello civili in Alexandriam venit: ab eo specie sua et concubitu, regnum Ptolemaei et necem impetravit. Haec tantae libidinis fuit, ut saepe prostiterit; tantae pulchritudinis, ut multi noctem illius morte emerint. Postea Antonio juncta, cum eo victa, cum se illi inferias ferre simularet, in Mausoleo ejus, admotis aspidibus, periit.

"*In Marco Antonio,* Perusii fame domitus] *Hinc aliquod excidit; neque hoc stare potest. Qui historiam veterem norunt, sciunt quod velim.*

FINIS.